¶ Conuentualem vitam vt sanctissimam imo angelicam toto affectu animi amplectantes. ei tam continua q̄ deuota psecutione adhereant. Quantū ad officium mensam et alia. vix nisi coacti a conuentus congregatione recedant. ¶ Tantam deus cōuentui efficaciam contulit bonitatis. vt ibi augmentum suscipiat boni bonus. aut veniam mali malus. Multa in conuentu bona pīsentibus conferūtur. absentibus subtrahuntur. Saul ad conuentum psallentium pphetarum accedens. pphetā efficitur. extra conuentum factus pertritur. Thomas discipulorum absens conuentui visionis dominice consolatione fraudat. quā ad collegium reuersus assequitur. Discipuli pariē congregati spiritūsanctum accipiunt. In conuentu dominus habitat et quiescit. ibi deuotos quosq̄ vberiori gratie pabulo refocillat. ibi q̄ plures negligentie psonales in diuino maxime officio subrepētes. pgregationis cōmunione suppletur. Ibi quod suis quisq̄ non potest. aliorum meritis obtinere merebit. Ceteq̄ ad maiora dom⁹ officia vicz hospitalarie. refectorij. infirmarie.

lectionis ad mensam et huiusmõi ꝑncipaliter et continue facienda. nouicios fratres assumere. prouida religionis ꝓsuetudo nõ habet. Si tamẽ quãdo ꝯtingat eis aliqua huiusmodi officiorũ. vel ad horaz cõmitti. magna debent deuotõe suscipe. z ad faciẽdum ea mãsuete. velociter. acceptabiliter. integre. circũspecte. magnã debent diligentiã adhibere. ¶ Mansuete ꝫ est sine murmure et displicentie signo. Fili ait sapiens. In mansuetudine opera tua pfice. ¶ Est in ope bono necessaria strennua velocitas. De qua Sapiẽs dicit. In opibus tuis esto velox. Velocitas hec maturitatẽ nõ removet grauitatẽ. sed viciũ tarditatis excludit. ¶ Est etiã acceptabiliter operandum. vt quibus ministrat. put honeste fieri potest satis fiat. ¶ Optabat Apostol⁹ et orari rogabat. vt oblatio sua fieret acceptabilis ī hierusalez sanctis. ¶ Magnus ꝑfectus est ei. cui⁹ ministerio multi leti facti deum laudant. ¶ Integritas in ope bono requirit. vt nõ diminute. nõ ad euasionem vel quasi ad oculũ sed ꝑfecte vt res exigit fiat. ¶ Circũspectio in obsequijs put officiorũ requirit varietas est habẽda. quod ꝑ exemplũ in vno officio melius patet. ¶ Si quãdo refectorarij vicem gerãt. que ministranda fuerint. tempe cõgruo. et mõ debito ꝑparata ministrent. z religiose distribuãt. ne in mensa defectus. vel circa ministeriũ suũ minus expediens aliqd accidat. puisuri. ¶ Hinistrenk itaqꝫ necessaria tempestiue. ¶ Turpe est si ꝓpter vnius defectũ tota cõgregatio expectet. Sic z oĩa sive fructꝰ sive pozes sive alia comedentibꝫ congrue apponenda. puscꝫ fratres ad mẽsaz intrauerint puide apponũtur. ¶ Conferendorũ collatio successiua ꝓuentũ sepius detinet. imputanda si qdẽ causek ex negligentia ministrorũ. ¶ Ad mensam vero quicqd apponik. ꝑparatũ vt decet reficientibꝫ offerak. Nuces si dande fuerint ꝓus frãgank. herbe crude si apponende fuerint mũdenk. z sic de alijs obseruek. ¶ De omnibꝫ que apponunk. sua cuilibet si fieri potest portio singularit̃ tribuatur. ¶ Sunt rurigene q̃ nec a prelatis discreta. vel ab extraneis sorte distinguãt. ¶ Cõmunia maxime vt sal z aqua mẽse nõ desint. q̃ in ꝑmis puidus ministrator apponit. ¶ Aqua nõ solum ꝑ temperãdo vino. imo z sepe ꝑ alijs necessaria est in mẽsa. Cochlearia quoꝫ sunt ad omne potagium oportuna. ne in parabside cũ digito piscari oporteat. z ne iurta Hugonẽ in eodẽ iure z manus ablutionẽ z ventris refectionẽ videak querere. ¶ Hurilegos vel aues q̃ tenenk alicubi cõtra ranas nullaten⁹ esse ī refectorio dũ fratres comedũt patiantur. Nec eĩ hoc est expediẽs vel honestũ. Sic z in alijs circa istud vel aliud quodcũqꝫ sibi impositũ officiũ sint intenti. Scriptum est eĩ. Cuncta cum diligentia facite. ¶ Et iterũ. Agite diligẽter z erit dñs vobiscũ in bonis. Sic agetis in timore dei fideliter ī corde pfecto. ¶ Honestas in opatione seruatur. si oĩa que agunk cũ maturitate aç religiositate qua dã exerceank. z in oĩbꝫ nitor inueniak mũdicie. Hoc eĩ religiosum maxime decet.

¶ De disciplina in incessu.

¶ Capitulũ XXIII.

Disciplinã circa incessuz. penes modũ z discretionẽ in ambulãdo cõsiderent. ¶ Honestus eĩ mod⁹ req̃rit. vt nõ impetuosis z fractis gressibꝫ ambulent. nec erecta ceruice. nõ ꝓminenti pectore. seu etiã inclinato sup humerũ capite. aut vagabunde pendentibꝫ manibꝫ. q̃ omnia vel leuitatẽ vel supbiam vel remissionẽ vel hypocrisim sapiũt. ¶ Debent etiã ī eundo discretionẽ habere. ne de illorũ numero censeank. de quibꝫ dicit ꝓphetã. Nõ est iudiciũ in gressibꝫ eorũ. In eorũ gressibꝫ non inuenik iudiciũ. qui eundo necessitatẽ vl̃ ordinem nõ attendũt. Necessitas discursum inutilẽ. Ordo inordinatiõis ꝓfusionez excludit. ¶ Discursum igik ꝑ domũ. ꝑ hortũ. et extra domũ. qui magnũ est instabilis mẽtis indiciũ. caute vitent. In domo. ne scilicet officinas. de loco ad locuz. de fratre ad fratrẽ inutiliter euagenk. aut loca rumoribus audiendis. vel collocutionibꝫ apta frequentẽt. sed in locis sibi cõcessis. vt sunt ecclesia. celle. capitulũ si extranei affuerint. vl̃ alijs locis si qua sibi fuerit specialit̃ deputata cũ silentio residentes. Officinis priuatis. putavbi cibaria ꝑparank infirmi vl̃ hospites recreank. aut fratrũ congregatiõi. vl̃ comedentibꝫ et bibentibꝫ se nullaten⁹ ingerant nõ vocati. Erubescant ꝑcipue ad refectiõ mensaz accedere. vl̃ eis nisi ꝑ euidẽti misterij necessitate assistere. Effrontꝫ est bois nõ erubescere comedẽtes. Verũtã si

quādo eos loca sibi nō concessa necessitas adire cōpulerit. ad ostium pulsare aliquātulum possunt. vel vt aliquis egrediat ad eos. vel ipi vocati securius ⁊ honestius intrent. ¶ In hortū nō vadant absq; licentia nisi eos vel ab aliquo pfesso mitti contigerit aut vocari. ad loca sua postq; ab eo recesserint. vel eius negocium fecerint. q̄sciti⁹ reuersuri. ¶ Ueruntamen eorum instructor iuxta supioris dispositionem. nūc hos. nunc illos. aut etiā oīs simul ad spaciandū in horto causa recreatiōis. vl' alicuius bone collatiōis poterit p se vel p alium fratrē pfessum cū expedire viderit vocare. ¶ Tempe pbatiōis domū exire ꝓpinquos suos visitare nō curent. nec eni inter cognatos ⁊ notos domin⁹ inuenit. Ūñ Bernardus. Quō te bone iesu inu meos cognatos inueniā q̄ inu tuos mūme es inuent⁹. ¶ Si qñ domū q̄uis de supioris licētia exeunt. nihilomin⁹ tamē idipm significent suo instructori. qō ⁊ de suis alīs notabilib⁹ factis obseruent. ¶ Ordo circa incessum est religioso in cōuentu specialit seruādus. vt i p/cessionib⁹ fratrē sibi collateralez attendat. vt chori sui partē in refectorio ⁊ in claustro cū p gratis ad eccl'iam itur. ⁊ in oīm teneat loco. nec se ad chorū aliū vl' in refectorio vel in claustro vel alibi trāsferat. nisi causa rōnabili urgente. ¶ In eccl'ia vero inter pulpitū in medio chori positū ⁊ altare. duz maxime ibi aliqd dicit nō facile trāseat. nisi forte alibi liber nō pateat transit⁹. ⁊ tunc ab ipo pulpitu transiēs ⁊ inclinās. ne pulpitum videat venerari. nō ante ipm directe sed a latere decenti⁹ inclinabit. ¶ Est ⁊ ordo reuerētie ⁊ decentie i incessu. vt nō passim seniorē iunior antecedat. aut qū vitari facile potest frequentes ⁊ nimis ꝓpinqs ei trāsitus faciat ante ipm. In eccl'ia quoq; inter ministros altar. subdiaconu videlicet dyaconū ⁊ sacerdotez in officio suo solēnit ministrātes. necnō ⁊ ante frēs infra deambulatoriū sediliū ⁊ formarū. min⁹ honeste pter necessitatē trāsit. ¶ Sed illud deambulatoriū intraturi. ad vacua debēt sedilia p introitū sediliby ipis ꝓpinquiorē accedere. nisi ob aliquā reuerentiā psonarū. si forte intermedie fuerint. sit aliter faciendū.

De disciplina in gestu membrorum.

¶ Capitulū XXIIII.

Est in alīs membroꝝ corpis siue oculorum siue oris. siue brachiorum. manuumq; officijs disciplīe studenduz. De quib⁹ adhuc aliq̄ breuiter supponentur. ¶ Amatores igit honestat. oculos ab inordinata euagatiōe ⁊ exaltatiōe in mēsa et i choro pcipue diligenter custodiāt. ¶ Scriptū est eīm. Oculi stultoꝝ in finib⁹ terre. Et dilatatio cordis est exaltatio oculoꝝ. ¶ Leuat quidā ꝓpheta oculos vt petat auxiliuz. dñs vt impendat. ¶ Tu quoq; si locū causam ⁊ tps ꝓsideras. tua vel fratr̄ necessitate oculos leuas. nō solū nō culpo sed plurimū laudo. hoc eīm excusat miseria. illud cōmendat misericordia. Sin alias nō ꝓphete. non dñi sed dine vl' eue. imo ipi⁹ sathane te imitatorē diterim. ¶ Nō sint in risu faciles. nec in voce clamosi. ¶ Cachinus pcipue. gra/uitatē religiosi plurimuz deboneſtat. Ūile prorsus religiosum virū vt puerū cachinare. ¶ Nō licet religiosum virū dissolut⁹ labīs risuz pferre. sed hilari vultu cordis hilaritatē ptendere. ¶ In datiōe pacis labia semp claudāt. quib⁹ aptis turpiter exhibet. ¶ Nares nō in alioꝝ aspectu sed ad partē. cū duoꝝ tm̄ aut triū apositiōe digitorum emungāt. ¶ Deorsum etiā spuendū ē maxime in cōuentu. ne loca publica siue i choro siue alibi sputo fedent. ⁊ astantiuz oculi offendant. ¶ Patet quosdam in ipo chori deambulatorio ad pedes suos palam fratribus spuere. nec pudēre. ¶ A notabilib⁹ corpis seu membroꝝ extensionib⁹ que cuz ostitationib⁹. vel alias nō sine quadā inhonestate fieri solent. oīno abstineant. Tunc eīm sunt corpus ⁊ brachia cōprimēda. ne cū huiusmōi pigricia extendant. ¶ Honesto incōgruum viro pigra mēbra distensione resolui. ¶ Dissolutiōes fugiant manuales. grandia nāq; causant pricula. soletq; luctus ludo accidere corporali. et post cōmestionē precipue se a iocositate notabili ⁊ multiloquio studeant tempare. ¶ Siquidem licz oīm tempe dissolutionis leuitas sit vitanda. post refectionē tamē vl' alias cū solo fratre et iterū coram cōuentu turpius agitur. ¶ Turpissima est dissolutio in conuentu. ¶ Ad hec aliū quēpiam pter necessitatē ad cingulum vel manū accipe flores fruct⁹ vel baculū in manu ociose gestare. cingulū inc digitos voluēdo rotare. honestati nō consonat. imo lasciuie signuz q̄dāmō ptendit. In lotiōe manuū qñ ō vase manuali aqua

recipiẽt. vas ipm nũq̃ a pte supiori precipue maniby distillãtiby. sz p ansam poti⁹ vl'a latere vel a fundo accipiãt. ne guttis manuuz aqua residua sordidẽt. ¶ In lecto se honestissime iacẽdo cõponãt. nec supini iaceant. nec genua leuãdo calcaneos iũgãt aut tibias. Hec z silia nõ sũt vt mima temere aspernãda. ¶ Clara nõnũq̃ p uersatõis insignia quedã i mimis obfuscãt ineptie ¶ Plerũq̃ modicz paulatim p icuriã subrepẽtiby maculis. tota moꝛ ꝓgeries inq̃nat.

¶ De disciplina circa habitũ seruãda.

¶ Capitulũ XXV

Disciplina in habitu põt tã circa panũ q̃ circa formatiõz. coaptatiõem vsus ei⁹ ꝓtinuationẽ. z mũdicie ꝓfessionẽ attẽdi. ¶ Circa pãnũ. vt nõ sit põciositate. mollicie. vel subtilitate notabilis. Uestis põciositatẽ. etiã mulieribꝫ petr⁹ interdicit. ¶ Porro q̃ mollibꝫ indnũt. in domibꝫ regũ sunt. ¶ Int̃ diuites palatij. z paupes claustri debet eẽ differẽtia. ¶ Mollia vestimẽta animi mollicie indicãt. Molles ait q̃dam. mollia querũt. ¶ Subtilitas z nitoꝛ reprehenditur ĩ bysso diuitz epulãtis. Nimia panni subtilitas z si nõ põciosa. nihilomin⁹ tñ in põsito pñe viciosa. ¶ Sit cure nouicijs pãnoꝛ põciositatẽ. subtilitatẽ. z incõgruã religioni mollicie nõ curare. ¶ Uereant̃ z renitãtur vt possũt. mutari ipoꝛ sanctoꝛ ꝺ vestiũ vilitate cẽsurã. z viciosam ꝺsuetudinẽ induci. ¶ In signũ sunt pãni tui dñe ihu. sed ĩ signũ cui a multz vsq̃ hodie ꝓtradicit̃ ¶ Honesta exigit vestimẽtoꝛ formatio. vt non sint nimis laxa vl'stricta. ¶ Amplitudo vl'lõgitudo vestimẽti supflua siue ĩ manicz siue ĩ capucio. siue in collario capucij est admoduz fugiẽda. sz nec apturis q̃busdã circa cingulũ vl'alibi. q̃ curiositatibꝫ alijs quibuscũq̃ ẽ habit⁹ deformãd⁹. ¶ Coaptatio q̃dã religioso est decẽs. q̃dã indecẽs. Indecẽs est si põster moꝛẽ religiõis fuerit curiosa. vt ꝧbi gra. si capucij collariũ quadã in gyro replicatõe iuxta mũdanoꝛ ꝺsuetudinẽ coaptet̃. aut curiosa ipm replicet̃ capuciũ circa genas. Decẽs est q̃ nõ curiositati sz honestati debuit. vt videlicet vestz honeste portet̃. z honeste plocoꝛ tpe disponat̃. vt honeste portet̃. succingẽda est equaliter z decẽter. si eñ ex vna parte notabiliter pẽdere pmittat̃. vel in alijs põpatia debita obmittat̃. fatuitatẽ vl'negligentiã vel hypocrisiz sapit. ¶ Aptãda est vestis maxime circa pect⁹ p applicationẽ ad collũ. ne collũ ipm vsq̃ ad pect⁹. vl'interioꝛes pãni hoim aspectui exponant̃. qõ religiosum ẽ valde. ¶ Cauendũ est circa portãdi modũ. ne q̃s pefluat. vt si os sub capucio vel mẽtũ abscõdat. si dñaz moꝛe tunicã a lateribꝫ tenẽdo incedat. aut manũ in sinu tenẽs tunice manicã exteri⁹ pẽdere pmittat. Qñ ei⁹ manũ in sinu vel ad horã ponere cogit necessitas. a manu altera põsumpta tunica cauti⁹ ẽ tenẽda ne pẽdeat indecẽter. vt manũ in sinu teneri vir a prie astãtibꝫ pcipi valeat. ¶ Ambas aũt man⁹ in sinu tenere q̃ irreligiosuz sit. palã oñibꝫ est. cũ vel vnũ diu teneri vir excusat ipa necessitas. ¶ Dñanti est coꝛpoz z mẽbroꝛ officia exeq̃ nõ valẽtis. manicas nõ regere defluẽtes. ¶ Et quidẽ cũ interi⁹ a sua custodia soluit̃ mẽs. z mẽbra fozz ad omnẽ actũ inoꝛdinate mouent̃. z tã in vestibꝫ q̃ in alijs discipline cura negligit̃. ¶ Incõpositio coꝛpis. qualitatẽ indicat mẽtis. Sunt z alia circa modos portãdi vitãda. Sũt inquit q̃dã stulti q̃ quondã officioso artificio vestimẽta sua circa se cõponũt. Alij iactãdo z ventilãdo pãnos suos. leuitatẽ mẽtis sue ex ipa sui habit⁹ mobilitate oñdunt. Alij incedẽtes sumoso sirinate terrã vertũt. z limbis depẽdẽtibꝫ imo retro ꝺsequẽtibꝫ candis in silitudinẽ vulpiũ vestigia sua obducũt. z quocũq̃ pretexerint q̃si turbo tẽpestatis pulueꝛe cõcitãt. ¶ Dispositio habit⁹ aliqñ rõne opis. aliqñ rõne ꝺsortij variat̃. respectu q̃z habẽda est ꝺsideratio discipline. ¶ Ad exercitium opis tã ꝓpter expeditionẽ q̃z ꝓpter custodiã mũdicie. honesta ꝑut res exigit ꝓparatio vestis req̃rit̃. vt patet sc̃z q̃ntũ necesse fuerit succingat̃. manice ꝺso retrahãt̃. et ꝑut expedierit cõponãt̃. ne sup man⁹ vel sup rez ipam q̃ tractat̃ recidant indecẽter. precipue ad ꝓuatas custodiẽde sũt manice diligẽter. ¶ Dispositio hmõi tolerabilis imo cõmendabilis est in ꝓuato. q̃ tamẽ in publico maxime coꝛã extraneis nõ est decẽs. ¶ Qñ ergo coꝛã extraneis aut coꝛã cõuentu pcedit̃. q̃tũ res patit̃ ad dispositiõem cõmunez est habit⁹ tã in manicz q̃ in alijs reuocandus. ¶ Caput si nudũ fuerit. capucio ꝺgruit amiciri. ¶ In oñi siquidẽ publico loco siue chorus siue refectoriũ. siue ali⁹ fuerit loc⁹ fratz ꝺgregatiõe põte. z multo magz int̃ extraneos. operto decẽter capite religiosus ẽ admodum vir honest⁹. vbi ob reuerẽtiam alicui⁹

ministeriū vel psone aliter sit agendū. Nō capuciū tamē siue corā fratribꝫ siue corā extraneis. nimis i capite sine rōnabili causa pfūdandū est. ¶ Opta sub capucio facies q̄ndā hypocrisis notā infert. z alioꝝ in se oculos sua singularitate ꝺuertit. ¶ Decet ḡ caput i publico. nō facie opiri. ¶ In lotiōe ꝺz pedū ille cui pxpo tale misteriū exhibet. operto si pōt cōmode capite. humilit z sine multiloquio debet esse. z caritatꝫ obsequiū cū timore ac deuotiōe suscipe. Nec debet ꝺs ibi vel alibi tibias nimis exponere. sz magꝫ tunica circūcingere diligēter. ¶ Turpe est em religiosis psonis. carniū nuditate occurrere. Lauet ois honestꝰ ne eꝰ vnq̄ appareat caro nuda. nisi q̄tū ꝺpulerit necessitas manifesta. ¶ De scō legit q cū necesse haberet fluuiū trāsuadare. rogauit sociū suū vt paululuz a suo separet aspectu. ne suā inuicē corpis nuditatē vterq; ꝺspiceret. Recessit socꝰ. nihilomiꝰ tñ ille scipz cū nudare se vellet erubuit. Cogitantē tū in alterū fluuiū. virtus diuia trāsposuit. Maud dubiū. honestatē dñs acceptauit. ¶ Pānos ꝺz interiores. z q̄ vltra cōmunē seu regularē formā. siue in vestibꝫ siue in alijs indulgent. q̄ntū necessitas patit occultari oportet. Ut nec almucia palā extra capuciū. religiose portent. ¶ Restat de vsus habitꝰ ꝺtinuatiōe. z mūdicie in eo ꝺseruatiōe videre. Usus habitꝰ. put habitus p speciali signo religiōis accipit. ꝺtinuꝰ ꝺz esse vt religiosus frater nō sit vel modicum sine ipo nisi necessitas euidēs eū cogat. ¶ Secularis psone nuditas z religiosus sine habitu cōparāt. ¶ Cauēdū etiā ne habitꝰ dū sedet aut genuflectit aliquā inquinamēti maculā cōtrahat. z si quā ꝓpter aliquā causam aliq̄n ꝓtraxerit. vel ꝓpter sudorē mūdificari citius debet maxime si loco fuerit apparēti. Propt hoc immūdicia illa q̄ i oris capucij circa genas cōtrahit ex sudore. debet cū diligētia removeri. ¶ Feda religio. q̄ innititur feditati. ¶ Culpat quidē z cultꝰ mūdicie nimiꝰ z neglectus.

¶ De disciplina in officinis inter fratres.

¶ Capitulū XXVI

Deniq; in officinis. marie in refectorio. in oratorio. dormitorio. ceterisq; ꝺs cōsuevit frequētare ꝺuentꝰ. etiaz ad latrinas disciplinate se habeāt et quiete. ¶ Nunq̄ p susurriū vel tumultū occasione opis alicuꝰ frēs orātes studētes aut q̄escentes impediāt. ¶ In oratorio nemo aliquid agat nisi ad qō factū ē. vnde z nomē accepit. Unde si forte aliq̄ etiā pter horas statutas si eis tps vacat orare voluerint. nō eis sint impedimēto q̄ ibi aliquid agendū putauerint. ¶ Cū p dormitoriū fratribꝫ quiescētibꝫ vadunt. plane imo q̄si furtiue incedāt. ¶ Tūc parādo lectū vl alio quouis mō quiescētes reprehensibilit inq̄etāt. ¶ Surgētes a lecto ipm decēter opiant. ne velut irrationabiliū cubile remaneat iparatꝰ. ¶ De puatis loq̄si cui turpe videt. turpiꝰ nouerit turpe aliq̄d ibi cōmitti. Ibi nō cōgruit vt quasi mox gelicidio perituri. amicꝰ accessoriū sarcinā deferāt. ibi religiosus cū summo silētio. z opto pfundo capite debet eē. Ibi pfabulari et pter necessitatē hac z illac capite discoopto respicere religiosoz esse nō dixerim. sz scurraz. Ibi seruāda in manuū z vestis dispositione honestas. Ibi honestꝰ quisq; diligēti alijs opa cauet. ne p ipm aut p eꝰ incuriā aliquis offendat. Ibi cauendū est eis ne stātes vrinent. vel a loco minꝰ honeste recedāt. Sed nec p ortū est facile vrinandū vel alibi. vbi sine a socijs siue ab alijs possit videri. quia vt ait quidā. Multa pūt honeste fieri que nō possunt honeste videri. ¶ De singulis ad disciplinā p singulas officinas z loca spectātibus. viz aut nunq̄ singulariter posset edisseri. Ad multa tū haberi potest discipline cōsideratio ex ꝓdictis. ¶ In hostijs aūt officinarū. aut vbi fratrū cōmunis est trāsitꝰ. maxime circa itroitū puataz. vū ad necessaria eūtes z redeūtes respici possunt. nunq̄ honesti fratres faciāt statiōem. ¶ Quādo etiā intrāt z exeūt officinaz secretioz hostia post se claudāt. ne supueniētes extranei z intrantes fratres inueniāt iparatos. ¶ Nunq̄ extraneos licet familiares ad visitandū officinas inuitēt. Si q̄s tū ad aliquoz instantiā eas ostendere pmittant. domos tm cōinotores nō intra p singula loca seu āgulos peragrando. sz ab hostijs expedite q̄ntū honestas pmiserit ostēdentes quicq̄d eoz aspectui subtrahere poterūt subtrahāt z furent. ¶ Nō est religio vbi oīmb oīa patēt. In locis cōmunibꝫ vbi fratrū occurrerit frequētia. nullo modo detineāt aduētantes. ¶ In firma hec puulis exprimēs. grandiū occilla nō vito. sed vbi proficit. paruiducend est illusoz.

¶ De mō ꝺuersandi i oīmi loco secularū.

¶ Capitulū XXVII

Nunc videndū qualit in villa. itinere. ecclia. z domo. z locutõe z comestiõe. sit nouis frib int extraneos puersã dū. ¶ Si qñ exeūt domū. hñda ẽ eis custodia discipline. respectu societatis z sui ¶ Honestas z solatiū z honestas. religiose cõuenit dignitati. ꝓpter ꝙ in villa ꝓcipue seniores cū q̃ fuerint vestigijs sp inhererẽtes. se ab eo etiam sub vno tecto nullaten⁹ separẽt. q̃n ad min⁹ videri sp ab ipo libere possint ¶ Seipos ãt q̃tũ ad circũspectiõs. locutiõs. habit⁹ z mẽbroꝝ dispositõs i disciplina ꝓtineãt. ¶ Non circũspiciãt i vicis ciuitatis. vt sapiens docet ¶ Auertãt oculos suos ne hauriãt vanitates. a secularium collocutiõib⁹ prudent abstineãt ¶ Nam⁹ suas religiose ꝓponãt ¶ Nũq̃ int hoies discoopto capite vl almuciati. vel alias indisciplinate icedãt. Sz nec secularũ vl religiosoꝝ domos subito ignorãtibus eis itroeãt. sz vocãdo ab hostio. vl pulsando. vl alio quo q̃ mõ ꝓpositũ seu volũtatẽ ingrediẽdi pnunciẽt. Vir erudit⁹ ait sapiẽs foris stabit. sz nec sine ductore. p secularium domos. vl p religiosoꝝ officinas ẽ vagãdũ.

¶ De mõ ꝓuersandi i itinere ꝓstitutis

¶ Capitulũ XXVIII

Si fuerint extra villas in itinere ꝓstituti. z q̃tũ ad societatẽ z q̃tuz ad seipos caute se debẽt z religiose habere. ¶ Q̃tũ ad societatẽ debẽt sibi a mlieribus cauere. z rõe periculi a psonis ꝺ maleficio notari attẽdere. Taliũ psonaꝝ societas singlaris. religiosis virs nisi forte ad horã p aie cãnõ ꝓuenit. debẽt se tñ prudent a ꝓsortijs huiusmodi segregare. Ipi aũt frẽs in itinere se ab inuicẽ ñ debẽt nimis diliũgere. q̃n ad minus mutuo se videre z audire facile possint Nõ est tutũ aut decẽs religiosis q̃s cõgruit binos ire. alteꝝ ab altero lõgi⁹ separi. Tal q̃ separatio eis i periculũ. z occurrẽtibus cedit in scandalũ. ¶ Quãtũ ad seipos debẽt i factis z ꝟbis disciplinate se gerere. In factis dz honestas deuotio z discretio apparere. ꝑpẽ honestatẽ dissolutões tã manuales q̃ alias q̃ curritãdo vl aliẽ quomodolibz fieri pñt penit⁹ vitẽt. Multa eñ ex ꝙ incõuenientia vt exptũ est pñt. seq̃. hoibus frequẽter de q̃bus nõ aduertit. videntibus q̃ agunt. Nõ sunt brachia notabiliẽ denudãda. nec vestes nimiũ succingende. vl aliẽ irreligiose tenẽde ¶ Letꝰ ad deuotos gtinet frẽs. eccl'ijs q̃ trãseũt iuxta ipas. necnõ z crucib⁹ deuotis inclinatiõibus reuerẽtiã exhibere. Cimiteria ꝺo absq̃ ozõne. p defunctis nullaten⁹ ptrãsire. ¶ Discretionis ẽ agẽda q̃s puia deliberatõe metiri. z ñ agẽda cauere. qz q̃ de futuro nihil ꝑmeditatur. in oia incaut⁹ incidit. ¶ Moderãd⁹ est p seniores ꝓsiliũ labor itineris. ne spm deuotiõis extinguat ¶ Audiẽda est missa. sancte/q̃s exhortatõis. p pl'o si affuerit ꝓmo fiẽd⁹. z añ oia sp in ꝑmis diuini pẽsum officij deuote soluẽdũ. ne frẽs se magis cursores q̃s religiosos exhibeãt. z ꝺ religionis ꝓpositũ de accessorio ꝑncipale facere cõuincant. ¶ In solẽnioribus festis est ab itineratiõe cessandum ¶ Cauẽda ẽ p vias dormitio tã q̃s piculosa z indecẽs. nec ẽ tarde vl apud infames hospitãdũ psonas. ¶ Disciplinã ꝟboꝝ debent attẽdere tã in materia q̃s i sono. ¶ Si occurrerint hoies debẽt eos hũiliter salutare. Senioꝝ erit coitinerãtibus z his cũ q̃bus aliq̃ñ loqui ꝓtigerit. aliq̃d ad edificatõs vl ꝓsolatõs ꝓponere. peccãtes in eoꝝ pñtia. nõ rigide sz cũ modestia z hũilitate corripe. z ad bonũ p rõnes z dulcẽ allocutõs inducere. z qñãmodo oĩ creature sctm euãgeliũ ꝑdicare. Sanctus philipp⁹ eunuchũ in itinere baptizauit Beat⁹ martin⁹ latronẽ secũ itinerãtẽ cõuertit. Si ꝺo nõ affuerint de deo ꝟba fratꝝ cõuenit esse. Ipe nãq̃ itinerãtibus loquẽtibus ꝺ se discipulis. itineratõis fact⁹ est comes. Tẽ exẽpla patꝝ vl alia q̃us bona. q̃ vl accẽdãt affectũ. vl saltẽ instruãt intellectũ. sũt ad laboris alleuiatiõs narrãda. Turpissimuz est nescire tps nisi friuolis z fabulosis narratiõib⁹ detinere ve tacẽtib⁹ de te dñe. q̃m loq̃ces muti sũt. ¶ Solent frẽs letanias. psalmos penitẽtiales. cãticũ gduũ. z sillia. aut simul. aut q̃libet singl'r freq̃ntare. z marie añ tertiã. aut certe i sanct⁹ meditatõib⁹ occupari. ¶ Denicq̃ q̃tiẽs mutue collatõis iterueniunt ꝟba. sonũ oĩno decet esse demissuz. ꝓ ꝺo inde clamosam locutõs q̃ nũq̃ decet religiosam psonã penit⁹ vitẽt. marie int frutecta z nemora exist̃es ¶ Siquidẽ iuxta vulgare puerbiũ. Nem⁹ aures. z cãp⁹ seu planicies oculos bñe dicũt ¶ Ab oib⁹ g̃ q̃ cozã secularib⁹ dicere nolũt. i locis dumosis z nemorosis oĩno abstineãt. nisi forte aliq̃d q̃ sub silẽtio z latinis ꝟbis dicere velint. Miserabiles ꝓfusiones q̃busdã min⁹ cauti plies ex ꝙ accidisse ferũt. ¶ Nõ cãtẽt in itinere i cãtu maxime secularium cãtionũ aliq̃. licet bona. cum

laici nō intelligāt nisi sonū. Et ꝑter hec religiosum nō decet in cātu extraordinarie vocē efferre. Si q̄ forte dissolutōes aut clamosas disputatōes. ꝓboꝝ altercatiōes. vel alia q̄ offensiōis materiā extraneis dare possūt. vitare int̄ homies negligāt. nequaq̄ eos timoratos dixeri. aut zelū religionis habere Qui religionis sue scādalo nō occurrit. honori ꝓprio detrahit ꝛ saluti. Qui fidelis religionis est sūt. neq̄q̄ ei⁹ scādalū puiduc.

¶ De mō ꝙuersandi i eccl'iis secularīū.

¶ Capitulū XXIX

Ꝑueniētes ad religiosoꝝ vl' secl'ari p um loca. cū ad eccl'iaz si i loco fuerit venūt. in īgressu eccl'ie. illū secū ꝓsiculū memorātes. Introibo in domū tuam adorabo ad tēplū sc̄m tuū in timore tuo. ꝛ nudato capite signū crucis sup se cū reuerētia faciētes. añ altare vl' in alio loco orōni cōgruo ad quē declinauerit senioꝝ ꝓsternere se humilit̄ debēt. Ubi q̄tū de⁹ dederit deuote orātes. piter ab orōe surgētes. ꝓcedere poterunt ad ea q̄ necesse habuerint iuxta ꝓpositū exequēda ¶ Eccl'iam nāq̄ sic euāgelici ꝛ ecclesiastici viri. sp ꝑus si cōmode possum⁹ visitare debem⁹. sctōꝝ p̄m q̄ nos in ordine p̄cesserūt. imo ip̄i⁹ saluatoꝝ exēplo. quē beat⁹ euāgelista Matthē bierl'm ciuitatē ingressum. refert tēplū dñi adijsse. Sup quē locū dicit expositor q̄ ingressus vrbē ꝑmo tēplū adijt. dās formā religiosis. vt q̄q̄ im⁹ ꝑmuz domū orōis si ibi est adeam⁹ Missaꝝue in solēnijs vl' alias diuio officio cū extraneis assistētes gerāt se humilit̄ ꝛ honeste ¶ Nō stēt in sedib⁹ suis velut magnates. aut q̄si laici lassi de officio nō curātes. sz ad libꝝ si necesse fuerit ꝛ honeste poterūt accedere. officiātes cū maturitate tñ ac modestia tā in voce q̄ in gestib⁹ obseruata humilit̄ iuuēt. Qꝫ sp ꝓpter euitandū discursū. ad libꝝ nō duxerint accedendū. nihilomin⁹ tñ cōia q̄ nouerint. poterūt cū alijs honeste sine nimia vocis exaltatiōe cātare. ¶ Ad cantādū aūt aliq̄d sequestratū. sic est all'a. rñsoriū. vl' aliud q̄dlibet. nequaq̄ cū secularib⁹ se ꝓbinēt. si vitare poterūt bono mō. ¶ Tūc etiā nō solū in ꝓdictis. vez etiā in honesto se hñdi mō. q̄tuz ad disciplinā aspiciēdi. loquēdi. habit⁹ ꝛ vniformitatꝫ. honestatꝫ q̄ custodia est habēda. ¶ Reꝑhensibile ē ibi vagꝫ circūspicere oculꝫ aut collocutiōib⁹. dū misse officiū celebrat i/tendere. qđ tūc etiā secularib⁹ clericꝫ ius canonicū interdic̄. aut ꝑ aliquā rē habit⁹ secularitatē ꝑtēdere. vñ ibi nō decet capuciū int̄ hoies extrahi nisi ad euāgeliū. vel ad alia ꝓ q̄b⁹ ex approbata ꝙsuetudie cōit fieri ꝙsuevit ¶ Deniq̄ ꝓter vniformitatē dū intersunt officio. solliciti sint circa duo. Unū est ne diuersitate sua in his q̄ ab honestate nō discrepāt. alios scādalisent. vt videlicet ad magnificat in vespis. ad q̄cūq̄ vult in ꝑma. vel ad alia hmōi. ceterꝫ cū reuerētia stātib⁹ ip̄i non sedeāt. licz illō officiū tūc ip̄i nō dicāt. Aliō ē vt in stādo. sedēdo. ꝛ se ꝓsternēdo sint inuicē vniformes vt parit̄ stēt. sedeāt ꝛ se ꝓsternāt. ¶ Qui cor vnū ꝛ aiam vnā debēt hr̄e. Diformes exteri⁹ nō debēt esse ¶ Uniformitas mor. vniformitatē iuuat ꝛ indicat animor. ¶ Seniorꝫ ꝙsuetudini debet se soci⁹ būilit̄ ꝓformare. ¶ Religiosoꝝ morē cū eis officiantes ꝙuam⁹. cū alijs inclinationū rit⁹ ignaris festiuo tpe ad oīs collectas vultu ad altare ꝑso cū reuerētia stātes ad btē ꝑginis ꝛ sanctoꝝ dūtaxat. q̄ spēali ex more veneratōe colunt noia inclinam⁹. in feria ꝓo simus ad oīs orōes ꝓstrati. ad p̄fatiōez sp ꝛ qñ dicit agn⁹ dei. morꝫ est stare. vez tñ si qñ apud extraneos duxerint celebrādū. modū ordinis sui in celebrādo vniformitatꝫ occasiōe nō varient. nec ip̄m dimittāt. nisi aliter facere cogat necessitas. Ne velut instabiles ꝛ modū ꝓrium nō hñtes cū varijs eccl'iaꝝ ꝙsuetudib⁹ temerarie variēt. ꝑñt tñ in hñdictōib⁹ post missam iuxta morē p̄rie faciēdis. ꝛ in oīb⁹ hmōi q̄ mō nō ꝓiudicāt regulari. eccl'iaꝝ i q̄bus fuerint ꝙsuetudies obꝙuare.

¶ De disciplina in hospitio seruāda

¶ Capitulū XXX

In hospitū domo cū fuerint studeāt se in oīb⁹ gerere humilit̄ ac prudēter circa custodiā disciplīe. hūilitatē erga ꝑsonas in ꝙuersatiōe oñdāt. ꝑsonis maioribꝫ hūilit̄ deferāt. ꝑsonis hūiliorib⁹ et paupib⁹ tāq̄ ꝓfratrib⁹ suis socialiter ꝛ benigne loquāt ¶ Cōuersatio q̄z. signū aliq̄ superbie nō ꝓtēdat ¶ Uūq̄ ad ꝑma se ingerāt loca. nec tñ ad ea vocati ꝑsus refugiāt. senioris tñ frīs quē ꝑponere debēt sp i oīb⁹ honore ꝙuato. Qđ honori vl' certe delitijs deseruire videt. hūilit̄ ytiq̄ declinat. ꝛ hōestū modestia recusat ¶ Ubi aūt senioꝝ aut socioꝝ accedit īstātia. cedere magꝫ q̄ diuti⁹ repugnare optet. ¶ Parēdo poti⁹ q̄ obstinati⁹ repugnādo ꝙuat hūilitas. Reꝑhēsibil̄

difficultas vbi palã nutui obuiat seniozis.
¶ Lectos secularĩ nõ ascendãt indifferen ter p diẽ.nec familiã hospitij obsequioz exac/ tione molestẽt ¶ Decet paupes paucꝫ eẽ ꝓtẽ tos.ipi ꝫ necessitati ẽ.p loco ꝛ tpe detraben dũ ¶ Nũꝫ hospitũ familiaritas vl'alicuius affinitatꝫ ꝓpinq;as ꝑsumptoꝫ inducat.vt in domo ꝑcipe.curiosa q̃rere.aut de factis do/ mus.aut familie indagãdis vl'disponẽdis se itez ĩtromittere velint q̃ ꝓprie rei familia/ ris curã vt dõo seruirẽt liberi⁹ abiecerunt.
¶ Prudẽtiã q̃dẽ necessariã hñt vt sint i sui custodia circũspecti. Vñ apl'us. In sapia in quit ãbulate ad eos q̃ foris sũt. Et dñs. La uete ait ab hoĩb⁹. Caute g̃ in disciplíne cẽsu ra.nõ solũ in publico verzetiã in ꝓuato se ha beãt ¶ Nullũ ait q̃dã putauerꝫ locũ sine te/ ste. ¶ Narrabat q̃dã frat se in q̃busdã secꝛa riũ domiby occultas deꝑhendisse feneſtras p q̃s ea q̃ in domiby ill'exist̃es agebãt.ipis nõ pcipiẽtiby poterãt apte videri. ¶ In esta te meridiano tpe dormitõnis iacẽtes.aliq̃ si pñt sup habitũ opimentũ saltẽ vsq; ad cin gulũ habeant.ne q̃ dormiũt eos indecent q̃dẽ int̃ hoĩes discoopiri ꝓtingat ¶ Erube/ scẽdo nimis q̃busdã ex ꝟ accidisse feruntur ¶ Habẽda vbiq; prudẽtie circumspectio ꝛ cautela circa ꝑsonas. loca. negocia. ꝛ res si q̃s habuerint reponẽdas. ¶ Circa ꝑsonas vt se nimis hoĩb⁹ nõ ꝓmittãt q̃tũcũq; fami liares fuerint aut ꝓpinqui ¶ Attẽdãt sibi in oĩb⁹ q̃ dicũt aut faciũt ¶ Spũalis ille q̃ oĩa diudicat.ꝛ ipe a nemie iudicat.oĩne op⁹ su/ um trina q̃dã ꝓsideratõe ꝓueniet.ꝓmũ q̃ dẽ an q̃ posslũ liceat.deinde an deceat. po/ stremo an expediat. ¶ In oĩb⁹ semetipos si cut dei mĩstros exhibeãt. ¶ Sint i aspectu gestu ꝛ oĩ actiõe sua seriꝫ.religiosi.ꝛ modesti. sic decet sctos ¶ Uerũtñ mod⁹ q̃dã est reli/ gionis.supsticiosum eẽ nimis non oportet ¶ Dabit ꝓgrũ int̃ homies modũ discretõ ꝑsonaz. ¶ Stat⁹ ꝛ q̃litas hoĩm.differẽtiã exigit ꝓfuãdi ¶ Habet se prudẽs cũ differẽtiby differẽt.cũ oĩb⁹ tñ caute Erit simplex nõ stolid⁹.humil' nõ deiect⁹.mãsue/ tus nõ blãd⁹.hilarꝫ nõ lasciu⁹ .affabilis nõ vaniloqu⁹ aut scurril'.q̃nimo interest sapiẽ/ tis sic si res exigat a rigore iterdũ remitti.vt modũ tñ modestie nec i ꝑa remissiõe dimit tat ¶ Põt g̃uitatꝫ cẽsura remitti.p tpe.nõ di mitti. Imputãda tñ remissio vbi nulla decẽ tie vl'vtilitatꝫ intẽtio ¶ Prudẽs dñi ku⁹ vti litatis fructũ ex sua nouit remissiõe afferre. ¶ Ad ꝟ q̃m attẽdẽda est honestꝫ ꝓgrua ꝑso naz honestas.honestioriby sp adhereant.
¶ Mulierꝫ tã ꝓpinq;z ꝙ aliaz caute put po terũt societatẽ declinẽt. eaz ꝙ familiare ni/ mis obsequiũ.ꝛ tactũ oĩno reiugiãt ¶ Nul/ la rõe sustineãt q; pedes sibi a muliere lauẽt ¶ Nudã aũt mulierꝫ manũ tãgere ad ei⁹ ca/ pũt vl'corꝑ⁹ vbilibz absq; necessaria euidẽt cã manũ extẽdere.ab oĩ ꝓsus religiõis ho/ nestate quis dubitat alienũ ¶ Quãdo reli/ giosus cũ muliere sedet aut loq̃t.man⁹ suas occultare ꝛ a se retrabere dz.q̃s etiã q̃ncũq; cũ ꝑsonis extraneis loq̃t.sil'iũctas ꝛ velut i nicẽ colligatas l'alias religiose decꝫ haberi ¶ Locutio disciplinã req̃rit ¶ Nũꝫ mulie rem q̃tũcũq; sibi affinitate ꝓiũctã.sine soro rem siue neptẽ.q̃tũcũq; pueriles ¶ Nunq̃ etiã facile mr̃em ꝓpriã osculent. ¶ Fugiant oĩno feminea oscula milites xp̃i. cũ osculuz etiã viris offerri nõ deceat. nisi forte vbi ꝟ p ꝓio pr̃e vel alĩs honestis ꝑsonis.moris ex actu sine scãdalo vitari nõ potest ¶ Religio nis ꝑsonã religionis honestas.os indifferẽ ter oscułis cõicare nõ patit. ¶ Deniq; pcl'o aie mulierꝫ habet societas. ¶ Igit vt docꝫ q̃ dam sanct⁹.vbiq; gestãda est cũ mulieribus nõ ꝓtinuãda pñtia.sz q̃si trãseunt femis ex hibẽda est accessio qõammõ fugitiua ¶ Tu ti⁹ ẽ ñ posse perire q̃z iuxta piculũ nõ perisse ¶ Illũ aũt nec castũ dixerim nec honestuz. q̃ mulierẽ aut tãgere aut tactũ ei⁹ admittere nõ abhorret. Quõ tãgere licet qõ intueri ñ licet. ¶ Ad custodiẽdã cordis mũdiciã.exte rior q̃z sensuũ disciplina ẽ seruãda. ¶ Loca q̃ piculi vl'suspitõis materiã dare pñt caute declinẽt. nec soli cũ muliere in locꝫ hmõi vel ad horã morent ¶ Dña q̃dã vt ferꝫ dũ duo frẽs ad ei⁹ domũ diuertissent.altez seorsuz vocauit in cameraꝫ. q̃si secreto sibi aliq̃d locu tura. Quẽ ingressum mox ad turpitudinẽ ꝓ uocãs.asseruit firmit̃ se ꝓtinuo ꝟ ipm quasi ei violentiã inferentẽ nisi statim sibi acq̃esce ret clamaturã. Tũc doct⁹ a dño frat antecꝫ mulier i vocẽ clamorꝫ ꝓrũpet.ad frẽm ꝓsoci um q̃ cũ pluriby ꝑsonis i atrio dom⁹ erat al ta voce clamauit.libz sibi ꝓtinuo afferri re/ quirẽs.sicq; aduenięte frẽ necesse hũit mu/ lier ab hmõi nepharia sollicitatiõe cessare.ꝛ frat hoĩm ꝓfusionẽ euasit ¶ Nõnulli ob cau sam sil'em ꝓfusi turpit̃ ꝛ ꝛberati guit̃ fuisse dicũt. ¶ Qui aũt cauet laq̃os.securus erit.

Qui aũt nõ cauet. est aut stultissim⁹ aut perʒuersus. nec est ei⁹ excusatio admittẽda De nocte si p domos hospitij ad necessaria exeunt. simul siquidẽ ꝛ cũ lumĩe vt filij lucis eant ¶ Tetigꝛ ꝺ mũdanis secularĩũ negocijs expediẽdis. religiosus temerarie se nõ debet intromittere. Si de aĩe negocio agit apponẽdũ est quidẽ ꝯsiliũ ab his q̃ habẽt officiũ ꝛ peritiã ꝯsulẽdi. alias nõ est militãtis deo. se itꝛ occasione ꝓpinquoꝝ vel amicoꝝ. secularibꝫ iplicare negocijs. q̃ mũdo moriẽs abdicauit. ¶ Impi⁹ est q̃ aĩe sue p parẽtibꝫ suis ẽ crudel. Bꝫ nec secularĩũ lr̃e ad portandũ l' ꝓsentandũ alicui recipi debẽt. nisi de ipsarũ tenoꝛe op⁹ fuerit forsitan aliqꝺ pietatis habẽte cõstiterit. ¶ Nec religiosis verꝫ expedit q̃ ꝥbo rum etiã sine lr̃is ꝓ negocijs hmõi baiuli fiant vl' internũcij ſꝫ si sup talibꝫ requirant. ℞ p alios q̃s deceat fieri replicẽt ¶ Circa rem custodiã siue libꝛos siue alia secũ detulerint nequaq̃ negligẽtes existãt. ſꝫ oĩa. libꝛos p̃cipue anteq̃ eos deponãt de manibꝫ vel de sinu. certe fideliq̃ pſone cõmendẽt. que a suibus ꝛ a canibꝫ q̃ libꝛos vt expiẽtia docuit ꝺ struũt. ꝛ cooptur̃e cozio ñ obstãte corrodũt custodiat diligẽter. Ipeq̃ pſone quibꝫ res hmõi cõmittũ̃ sunt sup his instruẽde Hoctibꝫ tñ ꝯsultu ꝓpter picula in loco certo pro pinq̃ habeant. Quidã quos recõmẽdauerat libꝛos. repẽtino supueniẽte incẽdio perdidit.

¶ De disciplina ꝥboꝝ inter seculares.

¶ Capitulũ XXXI

Disciplina in ꝥbo est iunioribꝫ et nouis p̃cipue int' extraneos obseruanda vt tarde caute ac demissa voce loquãt. ¶ Tarde vt vsq̃ ad ĩterrogatiõ̃ taceant. interrogati rñsionẽ seniozi relinquant. Alisi forte in spẽali sup leuibꝫ. maxie ad ꝓriam necessitatẽ spectãtibꝫ vt de cibo et potu ꝛ ꝯsimilibꝫ req̃rant. De talibꝫ põt quisq̃s ꝓ se nõ tñ ꝓ socio sine assensu ipi⁹ rñdere Cõmunẽ req̃rit assensum rñsio q̃ de cõi necessitate pferẽ ¶ Caute. vt cũ p̃meditatõe loq̃ntur. vt p̃mo bis ad lĩmã q̃s semel ad linguaz veniat sermo. maxie si seniore forte occupato. de ordine. de pſonis absentibꝫ. de rumoribꝫ vel notabilibꝫ alijs req̃rant. De factꝫ ordinis vt de mõ ieiunãdi. de silẽtio vl' ꝺ alijs req̃siti. se nouos in ordine dicãt. seniorẽ req̃rendũ p̃tendãt. Ne forte dũ sapiẽter ꝛ bñ respõdere se putãt. stultũ aliq̃d ꝛ qꝺ oĩno dicinõ oporteat dicãt ¶ Secreta ordis q̃ tum cũq̃ religiosoꝝl' familiari nõ reuelẽt. nec statutũ aliqꝺ publicẽt nisi qꝺ forte cõmode celari nõ põt. Idip̃m aũt nõ statutũ nõ precꝑtũ. ſꝫ tm̃ ordis intra domũ ꝯsuetudinẽ vocent. vt p eoꝝ rñsum tẽtõnis debitũ excludak etiã extra domũ. ne seculares si q̃s ꝓtrariũ videãt reputẽt fratres sui ordinis transgressores. cũ tñ multa possint licite ex ordinis vel supioꝝ dispẽsatione mutari ¶ Ordinẽ nostrũ nunq̃ ad ꝓticularia descẽdẽdo. ſꝫ si necesse fuerit i generali solũ absq̃ alioꝝ ordinũ collatiõe vl' obtrectatiõe cõmendent. ¶ Pessim⁹ laudãdi mod⁹ seip̃m cũ alioꝝ iniuria ꝓdicare. ¶ Pessima vicij corruptela ꝺ tractio. q̃ aĩam maculat. deũ offendit. proximũ scãdalisat ¶ Et qꝛ vt scriptũ est. ℞mo obscur⁹ in vacuũ nõ ibit. ꝛ tumult⁹ murmurationum nõ absc̃dek. his coꝛã quibꝫ detrahitur scãdalũ excitak. ¶ Cõstat aũt vt sanctus loquit vbi ℞tas i causa necessaria ñ est. nec licite scãdalũ a quolibꝫ posse cõmitti. nec iste p̃cipi. nec inoꝛie cõsentire. ¶ Si de pſonis absentibꝫ p̃sertim religiosis sinistre aliq̃d suggerak. ſꝑ absẽtiũ pte loq̃ntes. nullo mõ ad fauẽdũ detractoribꝫ inclinẽk. Accidit aliqñ quosdã magꝫ ad tẽptandũ q̃s ex aĩmo ꝺ his obloq̃. ¶ Narrabat vt ferk senioꝝ q̃daꝫ fide dignissim⁹ ad se qñq̃ secularẽ venisse. q̃ aduersus q̃sdã religiosos plurimũ inuehi videbak. Cui frat̃ viriliter se opponẽs. eũ q̃tiens aduenit eadẽ ſꝑ ꝯstãtia repulit. ꝛ icusatos p viribus excusauit. Dirat⁹ oblocutoꝝ benuolã seniozis ꝯstantiã. aperuit tandẽ se id ad ꝓbandũ ꝺ mutua illoꝝ ordinũ charitate fecisse. adũciẽs se de ordine seniozꝫ isti⁹ q̃ p alijs aduocabat. cũ q̃dã incusati pus ordinis frẽ ob cãm ꝯsil'em oblocutũ fuisse. frem aũt illũ oblocutiõis ꝥba in ꝑmis aliq̃ntulũ. deinde ꝥo remissi⁹ refellentẽ. tandẽ obloquẽti cessisse. sup q̃ idẽ secularꝫ nõ modicũ offensus. apõ illos ñ esse charitatꝫ ꝥiratẽ asseruit. q̃ ad iuicẽ detractiõꝫ admittere nõ curassent. deniq̃ religiosus ñ est. q̃ detractionibꝫ pascit aut pascik alienis. ¶ Caueãt et ne sint rumoꝝ licet bonoꝝ ꝛ verisimiliũ delatoꝛes ¶ Religiosos viros passim rumigerulos esse nõ decet ¶ Falsitas q̃ frequẽtissime rumoribꝫ iest. vl' q̃ p secũdarios ſlatoꝛes apponik. ꝑmis eaꝝ auctoribꝫ iputak. Hincẽ illꝺ. Rumoꝛes fuge ne icipias nou⁹ auctoꝛ bñ. ¶ Sint i locutiõe honesti ꝛ serij. nec se

in secularibꝫ ad risum mouētibꝫ verbis se
culares ostēdāt ¶ Seruū dei de deo loq de
cet vt fiat qđ scriptū est. Si q̄s loquit qua/
si ꝑmones dei. alioq̄n ꝓba vana. mētis ape/
riūt vanitatē ¶ Exabūdantia cordis os lo
quit. ¶ Circa vocē sonū in locutiōe attēdāt
vt (put tactū est alibi) sit demissus pariter ⁊
suauis ¶ Viciosissimꝰ plane religioso loq̄n
di modꝰ si notabilit suā in loquela cōmuni
vocē exaltet. Sufficiat ei q̄ ꝑme sibi astā/
tes possint loquētis itelligere verbū ¶ Sa
pientis est loq̄ suauiter ⁊ demisse. ¶ Nox aūt
ampliorē vocis depressionē reqrit. Nox ē tē
pus silētij ⁊ q̄etis In nocte maxime post cō
pletoriū in alta vt ꝑus ꝓba erūpere silētij g̃/
uitate neglecta. seculariū est religionis ñ cu
rantiū honestatē. Proinde honesti frēs vbi
cūq̄ fuerint religiose sp in q̄bꝫ poterint ac si
essent in fratꝝ collegio cū silētij sui obserua
tione ꝑmanebūt.

¶ De disciplina comedēdi inter seculares
¶ Capitulum XXXII

Decipue decet vt cū extraneis come
dētes honeste se habeāt. vt nec in ci
bo nec i modo comedendi vl̄ mora.
aut in alijs q̄ discōueniūt sup mēsam. vt ē ꝓ
boꝝ mltiplicatio aut exterioꝝ corpis vl̄ ha/
bitus dispositio ihonesta possint de irregu/
laritate notari. ¶ Circa cibū attēdāt q̄ ꝑme
quātitatē vl̄ qualitatē de gule vicio iudicari
nō possint. ¶ De ꝑmo sapiēs ait. Utere q̄si
hō frugi his q̄ tibi apponūt. ne dū mltū mā
ducas odio habearꝭ. Uñ inter seculares ñ
expedit apposita sp portionē totā comedere
aut penit⁹ cuacuare scutellā. ne forte id ma/
gis hoies voracitati q̄ necessitati attribuāt
¶ Int̄ cetera ē habēda sp tpantia circa po/
tū. Turpissimū est si de nimia potatōe notē
tur. Religiōis q̄uis insignia ꝓferēs. meribo
li nomē ignominiose sortit. hoc viciū hoiez
corā deo ⁊ hoibꝫ vilē reddit. ¶ Ad notā hu
ius vicij fugiendā cauere debēt ne post refe
ctionē. etiā si vinū sepi⁹ offerat frequēter bi/
bāt. aut postq̄ in cōi potatū est. seorsuz sine
vrgēte necessitate potū in ꝑuato reqrāt. nec
oīno q̄ pot⁹ vbi dormit remaneat patiātur
post cenā nō sunt ad ꝓba ⁊ pocula vigilie ꝓ/
trahēde. ¶ Uigilare ad ignē sitim puocat ⁊
bibitare cōpellit. grauat corp⁹. exhaurit spi
ritū. tps in ꝓbis pene imperceptibili subdu/
ctiōe ꝓsumit. tēpestiue ad orōem surgere. of
ficij debitū deuote vt expedit soluere nō per
mittit. Et q̄ sero sobrietatꝭ nō obstuat sniaz
mane frequēter suspēdit a diuinis ¶ Usita
tū est hosti hoies ad ꝑuas seducere. Ad
ꝑuas dñz sprenit rex ioachim. negauit pe
trus. ⁊ ne nob ō nocturna ꝑdicatiōe ad ꝑu
nas ꝓpter fructū vl̄ interrogatiōes hominū
blādiamur Ad ꝑuas ioachim q̄dē audit
ꝑmones dñi sz cōtemnit. Ad ꝑuas petr⁹
de xp̄o interrogat⁹ offendit. O q̄tiēs est se/
rotinis necessaria ꝓbis correptio matutina
mane ꝑdicāt docti. sero ꝓcionāt indocti. Et
in his oibꝫ honesti⁹ alibi q̄z ad ignē ⁊ pocu/
la ꝑdicāt. Si hoim instet deuotio ꝑ exem/
plis. seniorꝫ itercurit puideret narratōe vna
paucis ve alijs si expediat ꝓbis instātie satis
fiat. Uerūtū mutat iterdū causa ꝓsiliū. nec
lex imponit vnctiōi. vitāda tū vigilia q̄ occa
sionē ꝓbis aut potatiōi ministrat. Qui vici/
um cauere ō̄siderat vicij occasionē ꝑcaueat
¶ Studeāt q̄ in cibo ⁊ potu sobrietatē ser/
uare. sicut ꝓfui dei ⁊ religiose viuētes ¶ Sic
omnes cupiditates carnis abstinētia rese/
cant. ita q̄z oīs ꝓtutes edacitatis vicio ō̄stru
unt Immūdi spūs se ibi inꝑciūt vbi ampli
us videt cibū ⁊ potū ¶ Circa secūdū multū
attēdere sibi debēt ne videlicet cibos ape/
tāt delicatos. Qui vinum ⁊ pinguia diligit.
nūq̄ in ꝓtutū possessiōe ditabit. Nox q̄dez
ꝑmittit vsus. abusus ⁊ ꝓcupiscētia ꝓhibet.
¶ Semp itaq̄ placeat eis lautioribꝫ ꝑcere
cibis. De grossioribꝫ cibis ⁊ facili vel valde
tēperato potu. necessitati vtcūq̄ satisfieri ꝑt.
q̄q̄ ⁊ ipa necessitas int̄ hoies sit artanda.
¶ Qui de religiōe cēset. modestiā dz religi/
onis hre. vt sit i tpantia spēl̄m alioꝝ Spe
ctaculū facti sum⁹ mūdo ⁊ angel̄ ⁊ hoibus.
¶ Felix abstinētia q̄ palato iperat delicato.
¶ Decet vas celesti gr̃e mācipatū a seculi il
lecebꝝ abstinere. ¶ Nō erubescāt aquā ꝓ
vino petere si habuerint tpando. q̄n potiuꝰ
erubescere debēt si vinū biberint nimis fo
te ¶ Aquā reqrere ⁊ min⁹ limphato vino vl̄
modicū sp ꝑ bibētz necessitate apponere. ꝺo
placz. primū edificat. religiosū honestat. aīe
sil̄ ⁊ corpi est salubre ¶ Nec q̄z turpe sit pau
peribꝫ hoibꝫ cibaria q̄rere lautioꝝ ⁊ apposi/
tis nō esse ꝓtētos. ō mō ꝑparādi cibū dispo
nere. aut quō ꝑpareť reqrere. potū vel cibuz
aliquē in spāli laudare vt de eisdē amplius
apponāt. aut suas int̄ extraneos medicinas
oñdere quis sane mētis ignorat. ¶ Mod⁹
q̄z honest⁹ ē in comedēdo habēd⁹ vt nō ar/

dent aut cū nimia festinatiōe comedat. vel alias indecent. ¶ Horā in mēsa facere religiosum nō est. ¶ Laueāt ne alijs a comestione cessantibꝫ. ipi comedēdo vl loquēdo mēsam detineāt. cū nō sit hominū sed magꝫ pecudū sup mēsam ruminādo diuti⁹ immorari. Possunt tamē q necesse habēt caute cum modestia sibi in pncipio mēse alijs cōmuniter comedētibꝫ puidere. ¶ Ad hoc vbiqꝫ vt aut sanct⁹ frenāda est lingua pceps. maxime i cōuuio. ne scz ad loquendū supflue vel indiscrete laxet. ¶ Taciturnitas ait Hugo inter epulas idcirco necessaria est. quonia lingua que oīm tpe ad peccatū pna labit. periculosius tamē cū p crapulā inflāmata fuerit. ad loquendū relaxat. Discretiōem i verbis eadē ibi rō psuadet ¶ Sup mēsam aūt cū socio loq aut corā illiteratis latinis ibiō vel alibi verbis vti. dñm quoqꝫ dom⁹ vl alios quoscūqꝫ ad comedendū vel bibēdū frequenti⁹ inuitare nō decet ¶ Subit aīmo q quedā matrona cuidā eā frequēter inuitanti. dixisse fert. Fuisti ingt asinari⁹ ruralium z imperitoꝝ q sepe asinos puocare nouisset esse prius innuēs his q inuitatiōes psonis discretionē habētibꝫ inculcare solēt Oportet etiā disciplinā in corpis z habit⁹ dispositione seruare. vt comedētes se nō appodient sup mēsam vel accubitādo vel alio quocūqꝫ mō iordinato se gerāt. Dū comedūt caput in capucio nulla ratiōe pfundent. sed aperta comedāt facie ¶ Ceterū religiosoz pauperes de mēsa aliena viuētes. de portione sibi apposita encenia familie faciēdo. patrisfamilias in domo gerere vices. canes vel murilegos de mēsa pascere benedicta. a q̄ nonnulli etiā abstinēt seculares. nō congruit

Principalis hucusqꝫ incisio nil his note ipingens q̄ sub institutionibꝫ alijs militant. aut p diuersis locis z diuersitate causarū diuersa ordināt instituta. ¶ Honesta quidēz sancta oīs traditio que p prudentiā seniorum in timore dei cōmuniter tradit. cōmuniter obseruatur. pfecto ex cōmuni surgit institutione religio. honestas ex ordinatione causatur Omne ordinatuz decorū esse necesse est.

¶ Explicit prima pars principalis.

¶ Incipit secūda pars que est de generali exhortatione.

Principali huiꝰ opusculi pticula expedita. secū daria hec pauca epilogat z supplet q̄dā vt q̄lit noui xpi discipuli ad deū. ad se. ad prim. z ad res etiā qs aliqñ fuarevl tractare ptingit se habeāt. qbꝫ differētiaꝝ iudicijs ō suaꝝ uersiōe discernāt q̄lit deniqꝫ ipi ad pfessiōz recepti se gerere ō beāt vl breuit in aliqbꝫ instruāt.

¶ De ordinatiōe respectu dei.

¶ Capitulum I

Hāte oia coz suū p purā pfessiōz mūdatū dignū ō habitaculū pparēt. illō ercolāt. illud exornēt. nihil ibi sordidū vl obscuꝝ. nihil ibi vel ad horā residere. qō dilecti sui oc'los offendere valeat patiāt Ceptationes z cogitatōes malas hūlit⁹ pure pfiteri nō differāt. vereāt hostē pcliū suū i gerere nō zelāti. puidēdū est eis vt q̄ iā sunt supni regis milites annotati. secū oīmo firment z statuāt se vsqꝫ in finē ei fideliter futuros. nec vllis ab eo ceptationibꝫ tribulationibꝫ z angustijs deinceps recessuros. Jurauī ait pheta z statui custodire iudicia iusticie tue. Religionē sanctā ad quā eos dñs sua miseratiōe vocauit. feruētissimo ac fidelissimo studeāt amore diligere. z ei rāqꝫ speciosissime ac deo dilectissime spōse fide inuiolabili adherere ¶ Quecūqꝫ sibi siue pspera siue aduersa ptigerint. deū sp deuotꝫ efferāt laudibꝫ. vt siue cespitēt. siue cadāt siue aliaꝝ quācūqꝫ molestiā siue lesionē incurrāt. sp in ipoꝝ ore resonet diuina laus. sp vl bñdictus deꝰ vel aue maria. vel aliq̄d qō ad laudē dei pineat dicāt. Et hoc in psuetudinē ducere studeāt Nulla vnqꝫ negligētia obmittendū ¶ Quicqd speciositatis vel delectabilitatis in creaturis inuenerint. qcqd circa statū humane pditiōis vl dispositōis acciderit. totū sp assumāt in materiā laudis dei. z de oīmbus q̄ occurrerint deuote studeāt cogitare ¶ In ipo suaꝝ oīm oationū initio dñm inuocare. z suā ad ipꝫ itētōz dirigere assuescāt ¶ Instēt oratiōi feruēter. q̄ nouā i orto dñi plantulā fouet. pcubit z pfirmat ¶ Discāt q̄ vna saltē diei vel noctis hora tps z ociū vēdicare. quādo ad se reuersi mētisqꝫ cubiculū introgressi. orēt in abscōdito patrē suuz qñ in corde cōtrito z humiliato vniuersoꝝ domino familiarit assistent ¶ Mane aūt astabat pheta dño. qz qui mane vigilauerit ad deū

inueniet eū ¶ Surripiēda erit carni z si forte nō semp sepe tamē somni reḡes matutini cū illa hora xp̄s resurrexerit. tūc est temp⁹ allidendis ad petrā punlis. mortificāde carni z recreādo spūi opportunū. Tunc spiritules auicule dulcē deo in cordis organo exhibēt melodiā. ¶ Ad hec z alie tēporis et ḡtis opportunitates que occurrūt minime negligēde sunt ¶ Post horas canonicas non statim oratoriū exeāt. sz in oratione aliq̄ntuluz subsistēres qualit̄ op⁹ dei pegerint cogitent an tepide vl̄ feruēter defect⁹ si q̄s ibi cōmiserint tūc emēdent. gr̄eq̄ deuotiōis se offerāt infundēde. quā si dñs dederit nō repellant ¶ Vocaūt in omi oratione obseruēt vt qđ orātes dicūt. exaio sp dicāt. ¶ Nō vocibz sz rebz agit apd deū ¶ Porro q̄ ad orationez ē negligens sue nimiq̄ ingratitudis z tepiditatis ē testis ¶ Frustra pfect⁹ virtutū sine oratōne sperat ¶ Ad ea que ad cultū dei ptinēt magno corde z pmpto corpe accingank. ¶ Ad diuinū officiū audito signo statim oībus occupatiōibz omissis acceleret. ¶ Si i lect̄ fuerint statiz surgāt. nec vltimū aliquaten⁹ signū expectēt. ¶ Oratiōe aliqua vtilit̄ puenit officiū ¶ Qui sic ex studio puenit. in bñ dictiōibz merek dulcedis maioris deuotōis z gr̄e ad ip̄i⁹ executionē puenire. ¶ Ecclesiā intraturi man⁹ si necesse habuerint lauent. ¶ Vestes mane in die religiose cōponāt ne irreuerēter aut indecēter introeāt aulā dei. ¶ In eccl'ia deo psallētes creatorē suū totis viribz cū reuerētia debita laudēt ¶ Officiuz suū in choro z extra nō pfunctorie quidem. asininis vt dicit labijs. sz deuote semp z integre dicere studeāt. nec aliā ei occupatōem admisceāt. Cessent man⁹. oculoz euagatio reprimak vt mens ab exteriori cura penitus libera soli valeat deo vacare. ¶ Dies vl̄ hora que negligēt officiata ptransierit nequaq̄ vlterius poterit reuocari. cū tempis seqntis officiū suā nihilomin⁹ diligentiā z deuotionē requirat. Nec sibi de gratuitis oratiōibus blādiank. si circa necessarias que pmo loco habēde sunt desidiosi extiterint. ¶ Denicz iuxta sancti verbū pure semper ac strenue debēt laudibz diuinis intēdere. ¶ Pure quidē vt dū psallūt nihil aliud cogitēt q̄q̄ psallūt. ¶ Strenue vero vt sicut reuerēter. ita z alacriter deo assistāt. non pigri. nō somnolēti. nō offitātes. nō parcētes vocibz non pscindētes verba dauitica non integra transiliētes. nō fractis z remissis vocibz mulieb're q̄ddam blanda verba delnare sonantes sed virili vt dignū est sonitu z affectu spiritus verba depromētes. ¶ Reuerentiā in officio honesta corpis dispositio que mētis deuotionē nō mediocriter pmouet attestat ¶ In choro nō stent in stallis suis molliter aut quasi fractis renibz resoluti ¶ Quando post psalmū vel hymnū sancte trinitati reuerentia exhibet. humiliter z decenter inclinēt Tunc em̄ tardius surgere. segniter ac certe difformiter inclinare. vt quādo corpe q̄dez demisso sufficiēter. vult⁹ tamē indecent̄ erigitur. oculis erratice circūlatis. imperfecte quoq̄ ad memoriā trinitat̄ inclinatiōis veneratione exoluere quasi sit honoris differētia in psonis irreuerētie arguit z teporis. Etiā extra choz stent ad officiū pterq̄ ad lectiones z officiū mortuoz. specialiter tamen lectiōibz plane dictis de dña tm̄ exceptis irreuerētes z pigros se nouerint si debitas ōo laudes sedendo vel iacēdo exoluāt. nisi necessitas euidēs cogat ¶ Si quādo p viam officiū dixerint. z si nō vacant cōtinue dum illud dicūt ab itineratiōe quiescere saltē ad collectā pcedentiū collectiuā. quādo omino tota est in deū intētio colligēda i vno sistāt loco. z si temp⁹ exegerit z locus pmiserit. cuz reuerentia genuflectāt vt in oratione cōmuni totū officiū venerenk. ¶ Dispositio corporalis honesta deuotiōis puocat affectuz z designat. ¶ Nō frustra sanct⁹ Martinus oculis ac manibz in celū sp intentus orasse describit. ¶ Intrinsecq̄ motibz gest⁹ exteriores attestat ¶ Quis extra puentū puentualis in oībz discipline nō seruet districtio. i oībz tm̄ religiosi opibz religiōis dz vestigiū relucere. ¶ Debēt g̃ ad op⁹ dei corp⁹ honeste disponere. ad collectā z trinitat̄ memoriaz vel modicū inclinare. ordinē in psequendo seruare. occupationē z interruptionē vitare ¶ Ad missas postpositis oībz tanto maiori pmptitudine ac deuotione ministrent. q̄to deo ibi familiari⁹ fuit. ¶ Calicē z corporalia si terigerint reuerēter z mundissime tractēt. manusq̄ post tactū hmōi anteq̄ apponant cōmunibz lauēt ¶ Corp⁹ dominicū recepturi ante vt decet ampliori cōfessionis orationis z tam a cibis q̄m verbis temperantie studio acceptum deo satagant bospitium preparare. Infusam autem ob tanti bospitis gratiā. reuerentiā in gr̄aratiōe

attendāt. Nō minor est ꝓfectus q̄ quere parare tueri.

¶ De ordinatiōe respectu sui ¶ Cap. II

Qui ferueꝛē scīm z q̄ndā debēt magnanimitatē assumere. vt ad ꝓfectū exercitia strenui ac deuoti opa bōa freq̄nt superogare ꝓtēdāt. Tūc ei vicia fidelit extirpata discedunt si ꝓfectib⁹ cedāt. alioq̄n ve si cedūt ad tēps eiecta. Nā redeūt nisi ꝓfectus in loc⁹ vicioꝛ q̄ fuerunt depulsa successerint. ¶ Nō multū pderit oīa reliquisse nisi ꝓfectū passib⁹ tota xp̄m intētiōe seq̄mur. ¶ Quid iuuat expeditū esse ad cursum nec currere. exisse ad op⁹ z opis oblīuisci. ¶ Nō intrātib⁹ vineā sz opantib⁹ merces dat. Et cū in vsu ꝓfectū oīm pfecti esse nō valēt. i aliqua saltē se studeāt spēalit exercere. z illā q̄nta pñt pfectiōe obseruare. ¶ Feruoꝛē nouicioꝛ nō decēt ille mirificoꝛdes i seipis discretiones z discretionū dispēsatiōes faciles. q̄ indulgētie suo iudicio nō sunt admittende. nec tñ recusande sunt alieno. ¶ A seipso i se ip̄m rigida dz esse cēsura z districta seueritas ¶ Ad regentē vl̄ ꝓsulentē lenis z obediēs i oīb⁹ hūilitas. si alteꝛ desit. vt i deside z tepido nō spero cursus pseuerātiā. vel i p̄cipicio timeo ruinā ¶ Sint occultatoꝛes ꝓfectū. sicut alīq̄ vicioꝛ. Nō tū in p̄ncipio ardua siue multa p̄sumāt. Nec sine licētia aliq̄d notabile attēptēt. sz a minoꝛib⁹ ꝓfectib⁹ paulatiz ad maioꝛes ꝓscēdāt. Vereditas ad quā festinat in p̄ncipio. i nouissimo b̄ndictōe carebit. ¶ Cōem oꝛdis obseruātiā sequant. pfectiōi in silētio z i alīs institutis pleni⁹ obtinē dis insistāt. a q̄ nec exēplari leuiū. vel negligentiū aliq̄⁹ dissolutiōe diuertāt. ¶ Optia religiosi pfectio. pfecte cōia q̄q̄ ꝓuētualia seruare. ¶ Porro h religionē offendit q̄ religionis violat instituta. ¶ Turpis ois ps vniuerso suo nō ꝓgruēs ¶ Cauet vir ꝓstās z honest⁹ ne ꝓsuetudinū oꝛdis temerari⁹ violatoꝛ existat. alias i victuꝛ moꝛib⁹ nouitatis nota z singularitatis erit diuersitas fugienda. ¶ Añ oīa caueāt ne p inchoato iaz bono subꝛepat supbia. vt se alīs pferāt z se aliq̄d esse putēt. ¶ Perit oīe q̄ agit si nō sollicite i humilitate custodit. ¶ Exteriozē gestum disciplinā nō negligāt. ¶ Disciplina ceruicē submittit. deponit supcilia. ꝓponit vultum. ligat oculos. cachinnos cohibet. moderat linguā. frenat gulā. irā sedat. formatꝛ icessum. ¶ Sit ḡ aspect⁹ verecūdus z simplex. risus sine cachinno. vox sine clamoꝛe. incessus sine tumultu. ¶ Erecto vel discooperto passim capite manib⁹ dissolutis vel habitu nō incedāt. ¶ Sit eis grata quedā nō securilitas seu curiosa vrbanitas. quib⁹ sancta q̄dam rusticitas bñ sedet. Salua sp modestia honestatꝛ. ¶ Sint ad loquendū tardi. z in voce demissi. z in ꝓgregatōib⁹ aut seniorū p̄sentia vix nisi p p̄nti necessitate vel ꝛogati loquant ¶ Nō sint disputatoꝛes. nec facile de auditꝛ p̄sertim seniore p̄sente sentient. ¶ Brulti sic sunt in sensu leues. ita z in verbo p̄cipites. ¶ Infra tps ꝓbationis cū extraneis siue religiosi siue alīs fuerit absq̄ licentia z dato sibi socio nō loquāt ¶ Religionis initiū est lingue frenū. Si quis putat se religiosum esse nō refrenās linguā suam. huⁱ⁹ vana est religio. ¶ Rem aliquā licz paruā sicut acū. siue aliud occulte. hoc est sine licētia recipe vel habere. quasi furtuꝛ abhoꝛreāt. ¶ Superfluitatē in cibis z vestibus z in alīs quibuscūq̄ ꝓstanter despiciant. ¶ Pauptatē z parcitatē quandā in oīb⁹ que ad coꝛp⁹ ptinēt amplexātes. ¶ Viciose ꝓsuetudini viriliter z feruēter resistāt. nec cā in his que gule viciū sapiūt succrescere patiantur. ¶ Extra cōmunē refectiōez ad comedendū z bibendū vix eos inflectat ipa necessitas. ¶ Sepe q̄ necessitatis esse videt. est viciū ¶ Ultra duas vices in die pueroꝛuz seu pecudū moꝛe comedere. potū extraoꝛdinarie frequētare. religionis tēperantiā z decoꝛem euidēter offendit. ¶ Que rogo religio. que pauptas. si mox vt esuris. mox vt sitis. volito pares. satias appetitū. nec eum vsq̄ ad statutā hoꝛam scias cōpescere. ¶ Si quādo tamē extra hoꝛā exactus necessitate quis bibit. sedendo z socio p̄sente id faciat. ¶ Non decet vt stando sine teste bibas. ¶ Si plures fuerint. oīes dum bibit sileant. Statiq̄ vt biberit surgāt cū aliqua laude dei. ¶ Reprehēsibilis admodū cōfabulatio vel moꝛa superflua iuxta potū. ¶ Nūq̄ ocio toꝛpeant. sz semper aut lectioni aut oꝛationi vel officio addiscendo. aut alīs nō que ipi elegerint. sed que iniuncta fuerunt facienda intendant. ¶ Spiritū tamen deuotionis exteriozes non exhauriant actiones ¶ Deuotus frater nunq̄ totus comedat. totus doꝛmiat. aut totus in exteriozibus occupetur. ¶ Sed siue comedat siue aliud faciat. sanctum in animo aliquid sp voluat

vnde spūs recreet. ¶ In somnū q̄z itur? semper aliquid in memoria secū deferat in quo placite quidē obdormiat. quod nonnūq̄m iuuat somniare. z vigilātē excipiēs ī statum besterne intētiōis restituat. ¶ Lectū itratu/rus. p diurnis offensis orōem sp aliquā faciat. veniā petat. pec? pcutiat. crucēq̄z munit? signaculo suū deo spiritū humiliē recōmendet. q̄ a somno surgēs. cū aliquāta se denuo laude cōsignet. ¶ Si forte eū luxurie pompa cōcusserit. recordet dilectū suū positū super lectū doloz. z vniuersum stratū ei? ī carnis infirmitate versatū. Hec dicēs in corde suo. Dñs me? pēdet in patibulo. z ego voluptati operā dabo. Sicq̄z inuocato nōine saluatoris. z geminādo sepi? nomē salutis. cessabit quassatio.

¶ De ordinatiōe circa primum.

¶ Capitulū III

Hec qualiē se habere ad primū deb̄at Hugo docet. Supioribz inq̄t obediētiā. timorē. obsequiū. z veneratiōnē exhibere debem?. cū eēlibz pacē z concordiā custodire. inuicē obseq̄o. beneficio. z honore p̄uenire. In oī actiōe z ⁊bo supioribz locū tribuere. z si qñ fortassis in aliq̄ negocio p̄ire eos cogāt. cū oi hūilitate z reuerētia q̄ facienda sūt nō p̄cipe sz demōstrare. z si eos p̄cedere cōtingat cū alacritate z deuotione q̄si ex necessitate subiecti obedire. Inferioribz sp bñficiū z auxiliū ip̄ēdere. venerationē nō exigere. societatē atq̄z eēlitatē amare. ¶ Maioribz ait debem? p timorē subdi. eēlibz p caritatē obseq̄. minoribz p eēlitatez sociari seu coeēri. ¶ Igit̄ deuoti frēs seniores suos reuerean̄t vt dños. diligāt vt parētes. Qui p̄sunt ī dño sunt ꝑ m aplm amplī? ī charitate habēdi. ¶ Sane iuxta Hugonez reuerētia sine amore fuilis est z amor sine reuerētia. puerilis iudicari debet. ꝓterea doceat sanct? vt trāseūte maiore. minor surgat. z det ei locū sedēdi. Nō p̄sumat inquit iunior cōsedere nisi p̄cipiat ei senior su?. Prior h̄ ponit p̄uersio vel grad? officij seniorē. q̄z̄q̄z z etas sit iuxta legē dñi honorāda. sic ei scriptum est. Coram cano capite cōsurge. z honora personā senis. ¶ Discretio tamē caute p loco z tempe ac sine reuerētie cōgrue detrimento. venerationē modificat. ¶ Habēdus est mod? in oīb̄z. nec viciosam quidē superstitionē admittēs. nec superstitionis cuitande pretextu. humilitatis aut morū sanctionez euacuās. ¶ Obediētie se totos subīciant. ¶ Sit homo interior tot? deo. sit exterior tot? plato subiect?. ¶ Quicq̄d superior eis vel p̄positus vel instructor inimxerit. quasi diuini? imperatū. statim vt veri obedientie filij deuote adimplēat. quicq̄d statuerit immobiliter seruēt. scienterq̄z aliquid transgredi sacrilegiū putent. ¶ Credāt salutare. quicq̄d ille p̄ceperit. ¶ Perfecta obedientia est in incipiēte maxime indiscreta. id est. non discernere quid vl̄ quare p̄cipiat. sed tātū ad hoc nitivt fideliter z humiliter fiat quod a maiore p̄cipit. ¶ Nouiciū prudentē. incipientē. z sapientē. in cella diu posse cōsistere est impossibile z in cōgregatione durare. ¶ Stultus fiat vt sit sapiens. ¶ Secure p oīa obedit vbi contra deū nihil p̄cipitur. ¶ Discāt ergo volūtates ꝓprias frangere. alienoq̄z iudicio z imperio ambulare.

¶ Nulla ars ait sanct? absq̄z magistro discitur. ¶ Ad illud inq̄t rendit oratio vt tuo doceam te arbitrio nō viuendū. sed viuere debere in monasterio sub vni? disciplina patrū consortio multorū. vt ab alio discas humilitatē. ab alio patientiā. hic te silentiū doceat. ille mansuetudinē. Nō facias quod vis. subīciaris cui nō vis. Lassus ad stratū venias. ambulansq̄z dormites. nec dū expleto somno surgere cōpellaris. ¶ Nihil absq̄z instructoris cōsciētia vel quocūq̄z eant. cui ab alīs etiā superioribz demādata sibi significent. In quib̄z sufficit ip̄e. semp eius licentia sint cōtenti. p his que inferioris sunt nō passim recurrāt ad maiorē. ¶ Fratres omnes. z se inuicē honore z obsequio p̄uenire. z eorum defectū in officijs humilioribz implere cōtendant. ¶ Seniores fratres versiculos dicere. de lumie seruire. libz ad officiū tenere. vel huiusmodi humilia in choro extra. quantū in se fuerit nō permittāt. ¶ Omnib̄z se subīciētes humiliter ꝓpter deum nō quod sibi vtile putent. sed quod alīs amplexantes oīb̄z libenter obediāt. omnib̄z satisfaciant. put possunt. vt in omnib̄z quib̄z vtitur trāsitoria necessitas superemineat q̄ permanet charitas. ¶ Quicquid agūt fidelissime cū diligētia faciāt. z tanq̄z deo non q̄si hominib̄z seruiētes. non estimēt alios fratres qui diuti? in ordine laborauerunt. secum exequo laboribus occupandos. preserti cū de se hūiliē sentiētes pie ꝑsuādeāt credēq̄ sancti viri pl? deo placeāt quiescentes q̄

ipsi quātūlibz laborātes ¶ Erubescāt se ne scire.qō in obseqis religioso est sciendum. ¶ Nō nesciūt.statim exercitio mgrante addiscant ¶ Sint pcipue ad seruiendū cōmunitati promptissimi ¶ Si lumē in ecclia vel i officinis.aut aqua in fratrū lauatorio desit ꝓtinuo de his z similibz necessitati puideāt. ¶ Ad obsequiū aduenientiū fratz. q̄ sic angeli.imo sic xps in eis veniēs sunt suscipiendi.cū oī deuotōe festinēt. ¶ Et qz fratribz hospitibz ꝑm qō religionis honestas z consuetudo reqrit.ꝓpus orandū est q̄z fratribz sociēt in pace.q̄z cito ab oratione surrexerint ad eoz deosculādas manꝰ maxime si fuerit sacerdotes deuote occurrāt z humiliter genuflectāt.nullū fratrē ꝓprio appellāt nomine nec nisi fuerit patrie ꝫsuetudo tuisent ¶ Nulli prius q̄stū in eis est materiā pstēt molestie alicuꝰ.sed oīa q̄ necessaria z vtilia estimāt bono pietatis z charitatꝭ cōponāt. ¶ Quid pace honestiꝰ.quid vnitate iocundiꝰ.aut cōmodiꝰ socialitati.q̄d charitati meliꝰ aut pciosius inuenit ¶ Glorioſissimū q̄dē z potissimū liberalis aīe z cōsciētie bone indiciū.pacem ꝓmi custodire.Omnē q̄stū possibile ē fratrū scādali occasionē vitare.verecundari si sociū vel p subreptionem offendis. ¶ Si quē aduersum se frēm motū vel leuiter senserint.quiescere nesciāt quousq̄z ipm humili studuerint satisfactione placare. ¶ Ad extraneos si qñ pcedunt.in verbis eoz.incessu z habitu modestia fulgeat disciplineꝫ breuiter z pauca loquant.caput decent operiant.manꝰ abscondāt.mulieris oīno quātumlibet ꝓpinque.osculū z nude manus cōtactū penitꝰ vitēt. ¶ Pro psonis que in domo vel in via fratrū se ozōnibz recōmendāt statim post earū abscessum orationē faciāt spēalem. ¶ Defunctis fratribz audito eozū transitu q̄citꝰ possunt subueniāt. z debitū saltē obsequiū soluere nulla occasione postponant. Talia siquidē nō absq̄z ptimescēde offense piculo negligunt.

De rerum custodia
Capitulum IIII

Res quas tenēt precipue libros.mū deteneāt z honeste. ¶ A tactu libri nudā cohibeāt manū.que licet munda.tamē quia porosa.ipsum facile inficit z ō turpat. ¶ Turpe est nudos paginarū marginiꝫ imprimere digitos.vel ipsos vel certe laternā super librū legendo deducere. ¶ Semper pānus si assit digito supponatur.alioquin ita caute tangāt z leniter.vt tāgentes quasi nō tangere videant.librū supflue apertū nō teneāt vel incaute relinquāt ¶ Firmacula libro paululū stricto si violētia laxētur apponāt. Violentiā sonitus probat. Indignus est libro qui negligit custodire. ¶ Volent incurij quidaz libros digitis.z vestes saltē in manicis munde seruandas.sordibz z pulueribz vel rebus quas tractant pene indifferēter exponere.ipas vero extreme frequēter vilitati expositas. vix valent a socioꝝ cibo.vix ab altari. vix etiaz ab ipsis calicis mappulis ꝓhibere. ¶ Qui ipis placere sordibz cupiūt.custodie curā curiositatis cōdemnant infamia.fuecz vicium in curie.virtutis spē colorare nitunt. Grauia hec homini erudito. Qui mūdicia gaudet. honestatis pulcritudine delectatur.

De profectu z defectu nouiciorum siue de differentia conuersoꝝ.
Capitulum quintum

Accedit hinc neophitoꝝ conuersio. differens intuenda. ¶ Sunt enim quidā tractabiles.simplices.deuotissimoꝝsi.qui nihil sibi christo charꝰ estimātes.volūtates ꝓprias ei sacrificant. voluntarie ꝓmpti.ad nutū nutu citius obedire.ad difficilia quelibet ꝓpter christū equanimiter pferēda parati.fue quocz integritatis sollicīti.coz suū p purā cōfessionē z assiduā orationē mūdare nō negligūt. ¶ Sunt in exterioꝝ uersatiōe disciplinati z humiles. studēt se in oīb officiosos z amabiles exhibere. Si quidē studere ꝓpter deū amari. charitati seruire ē. Hi ꝓo sunt altissimi filij. fideles sancte religiōis ꝓagines.fratrū letitia.cōsocioꝝ solatiū.sui gīa instructoris.Hā gloria patris est filiꝰ sapiēs ¶ Sūt z alij dure cervicis.disciplineꝫ māsuescere nesciētes. tepidi curiosi.superbi. qui q̄z suauis est dominus nō gustantes.seculari dūtaxat depositio habitu.non affectu.adhuc in moribz.in ꝓbis in gestibus.z ꝓpriarū pertinacia volūtatum seculo fidē seruant. vt monstro mirabilius sub religiosa veste hominē videas secularez Hi sunt filij diffidentie adulterina plantatio.fructus inutiles z acerbi. sociorum onꝰ et scandalum sui afflictio et confusio instructoris. Juxta illō Ira patris filiꝰ stultꝰ z pfusio pris ō filio idisciplinato. Ponēda sūt pauca torpor z curiositat z supbie pdecoꝝ indicia

vt cognita deuitēt ¶ Cautior i bōis ābl'as si
z mala nō lateāt ¶ Tepid⁹ inquietatiōe. oci
osa ꝓba. z vanas cogitatiōes noxias esse nō
ꝓspicit ¶ Uitatꝫ grādiby. reliq oia vix repu
tat iputāda ¶ Ebetati cordis ipe ad ꝓsciaz
de offensis vt timorꝫ filial' ignar⁹. timoratos
z ꝓscie puritatē amātes. fatuos z superstitiosos
sentētiat. ¶ Si a tꝛpore mētꝫ euigilauerit. ea
q̄ leuia existimabat. q̄ horrēda atq; atrocia
ptimescit. ¶ Uacu⁹ gra z tepid⁹. qđ est gre. seu
min⁹ necessarie tētiōis. qđ disciplīe. qđ mo
rū. qđ ꝓfuturꝫ pfectio ꝓciliat. negligēs illō dif
ficile vl' certe superfluū arbitrat. egre doctrinā
ad talia patit. ¶ Doctorē nimis pfectū ironi
ca irrisiōe pnūciās ¶ Sēpe stult⁹ sui prīs di
sciplinā irridet. vt pateat qđ iuxta sapiētem
dr. ¶ Cōpedes i pedibꝫ stulto doctria ¶ Aial'
hō nō pcipit ea q̄ sunt spūs dei. ¶ Tepid⁹. i cō
uersatiōe remissus. publicos mores. z docto
ris monita negligit. ea q̄ dī sūt lāguide opa
tur. si qđ inchoat bonū. vix pficit. tarō ad di
uinū officiū z q̄q; quentualia occurrit. ocio
gaudet. labore vl' modico ledit. z facile se in
firmū vl' ad modicū se fatigatū ptēdit. sed z
amore ꝓuato se diligēs. q̄ carnis sūt sapit et
ꝓsequit ex affectu. Alioꝛ q̄s defectibꝫ nō ꝓfuti
bꝫ herēs. si qđ min⁹ vl' negligēter actū inspe
xerit. illō i explū ad sue velamē tepiditatis
assumit. ¶ Ficta ei z ideuota confessio. rara z bre
uis ꝓfectio. insipida z sine intētiōe orō. icir
cūspecta z sine edificatiōe lectio. obediētie
morosa z sine deuotiōis affectu vix aliqlis i
pletio ¶ Multos ei remissa ꝓuersatio in p
stinos errores ꝺducit. ac vinēdi tꝛpore ꝺsol
uit. vt nōnūq; ex ore dñi euomāt ¶ Curio
sus nō curāda curat. necessaria negligit. et sui
oblit⁹. aliena ꝓsiderat notat z explorat. ¶ Si
qđ insonuerit ꝓbū āhelat sollicit⁹ ad sciēdū
z honestate postposita id ab inuitis z celare
forsan volētibꝫ inerecūde req̄rit. locꝫ sibi nō
ꝓcessis. ꝓgregatiōi z collocutiōibꝫ fratꝝ se i
gerit nō vocat⁹ ¶ Cū eū abesse putauerꝫ. adest
impudēs lateri. adest auri. vt nec secretū va
leas occultare ꝑmonē ¶ Obꝛuat āgulos. va
rūt ¶ Cōmunes obsidet trāsit⁹. supueniēti
um z forēsiū gaudet occursu. rumoribꝫ z se
cularibꝫ ꝓbis hauriēdis z referēdis itendit
Res sibi nō deputatas curiose reuoluere ñ
quiescit. lras etiā alienas si casu aptas inue
niat inspicere nō vereꝺ. q̄s tamē licet aptas
q̄libet inuētas vix aliqs nisi supior licite in
spicit. vl' alīs inspiciēdas exponit. ¶ Rerū
quoq; apparat⁹ cura superflua curiositatis vi
cium clamat ¶ Signa ꝓo superbie sanct⁹ pro
sper enumerās. Dos inqt dolēdos enūcio
quos iā cōuersos superbia occulte captiuat.
Di ait seniorū suoꝝ nō obseruāt imperata.
sꝫ iudicāt de suis negligētijs. obiurgati aut
rebellant insolēter. aut murmurāt ¶ Sim
plicitatē spūaliū fratrū irridēter exagitant.
ꝑferri se etiā melioribꝫ impudēter affectāt.
¶ Obsequia delata fastidiūt. negata pertī
naciter querūt ¶ Natales moribꝫ aꝑponūt
minores suos elati despiciūt. cōferri sibi ali
quos posse nō credūt. ¶ Nō seruāt in obse
quio reuerentiā. in sermone modestiā. i mo
ribꝫ disciplinā. habēt in intētione ptinaciaꝫ
in corde duriciā. in sermocinatōe iactātiam.
Sūt in humilitate fallaces. in locutōe mor
daces. subiectōis impatiētes. temerarij i au
diēdo. clamorosi in loquēdo. fastidiosi i ad
uertēdo. ꝑsumptuosi i docēdo. effrenati de
formit⁹ in cachinnādo. hec sunt infert superbie grassantꝫ indicia ¶ Superbus se ad oīs
ꝓprie volūtatꝫ impulsus accōmodat. nec se
alīs sed alios sibi applicare cōtendit. facile si
bi ꝺtumeliā iudicat. ad quā irrogādā ē va
lidus. ad tolerandū infirm⁹ ¶ Et se grande
aliqd esse putās. deferre socijs dedignatur.
legibꝫ subdi z culpā recognoscere ꝓpriā eru
bescit. Et licet iuxta ordinis mores se rege
re nesciat. in suis oculis tamen sapiēs z per
fectus. ad alioꝝ instructōnē suc ꝑsertim opi
nioni ꝓtrariā stomachat. reꝑhēsus offendi
tur nūc insufficiētiā vel friuolā. nunc moni
toris modū calumniās. vt si ꝓsuadere ali
quid velis. mod⁹ artē monitio studium exi
gat quo allegationū obsitus spinis sicut eri
cius. vel irrefragabili ratiōe. vel auctoritate
nō dubia capiat ¶ Fit igit ad obtēperādū
difficilis z ad correctionē impatiēs. adeo in
terdum vt se discipulū abnuēs. ipm etiā de
putatū sibi refugiat instructorē. ¶ Nec om
nia seruī dei quasi pestē mortiferā detestātes
pfecte ad dñm cōuertant. iuxta illud Deu
teronomij. Perfectus eris z sine macula cū
dño ꝺo tuo Ue duplici corde. z pctōri trāz
ingredienti duabꝫ vijs. Si quis ꝓo sufficiē
ter expectat⁹ z monit⁹. mores corrigere ac re
ligionis formā induere negligit. ꝑsertim si
rebellis aut cōtentiosus extiterit. nō est pfi
cientiū numero aggregādus. Infidelis si
decedit, discedat ne vna ouis morbida cō

tagione mortifera totū gregē cōtaminet. p/uersus z insolēs in onus religionis z disso/lutionem admittit.

De nouiter pfessis in ordine

Capitulum VI

HD pfessionē admissis sit ꝯ maxīe cu ra ne defluāt. pfecti quiꝯ magna se discretiōis subtilitate ꝓspiciūt. ne ad deteriora vnꝯ vl in ope vel in cogitatōe di labant. Si curare pua negligim⁹. sensibilit seducti. audēter etiā maiora ppetram⁹. fusce ptā etiā examinis tpe disciplinā prudēs nō abiicit. imo nec suū ꝓtinuo ꝙsi iam sibi suffi/ciēs deserit instructorē. Eget rectore no/uicius. eget nou⁹ directore pfessus. Va/nus z fictus vt instructoris curā euaserit i/soleſcit. assumit cornua. fit pſumptuosus et audax. z quasi vacca lasciuiēs a pma infor/matione declinat. Cessat oratio. tepet deuo tio. pfessio pcōꝝ negligit. vt putes eum aut sui oblitū. aut nō habere peccatū. facit q̄dez dilata cōfessio vt negligēs mund⁹ appareat licet nō existat. dū culpas absorbet obliuio absoluit. Multiplicant dū nō curant offen se. multiplicate ne discernant z corrigāt im/pediunt Multitudo peccatoꝝ ipedit ne vi/deant. Vñ piger tūc est maxīe vicios⁹. cuz vicia nō agnoscit. Sic filia farua i domino/ratiōe erit. Justoꝝ aūt semita q̄si lux splēdes pcedit z crescit vsq̄ ad pfectā diē. Professi g̃ ꝓficeant. pfectū. pſumptiōez pscribāt. dabit ad ß humilitat⁹ z pauptat⁹ ꝓstātia pseuerās affectū. zcuraꝝ abiectio terrenaꝝ. exercitatō charitat⁹. z q̄ cōplectit oīa ꝓsideratiōis attē/tio Sūma religiosi ꝟtus humilitas que ipm curat pficit z ꝓfuat. Sine hūilitate nulla ꝟtus. nulla pfectio aut acquirit aut ꝓ/uat. ꝟtutū siquidē bonū q̄dā ac stabile fū/damentū hūilitas. Nepe si nuret illa. ꝟtutū aggregatio. illa nō est nisi ruina. Et qm̄ ad hūilitatē hūiliatio via ē nō erubescāt hūilia Nec hūilitat⁹ officia facile respuāt. ac iposi/ta recōmēdēt. Dis ab eis pſumptōis auda cia pscribat. Antiq̄oribꝫ fribꝫ i ordīe ꝺferāt sp eoꝝ respectu se iuniores z nouicios repu tēt. Ad exteriora vl bonor⁹ alicui⁹ officia p/uehi nō affectēt. Multos ꝓpera nimis pro/motio a ꝟtutū iā ꝓfectu p vicuz elatōis ꝺie/cit. Qui mōm deserūt ait sctūs ad exteriora officia vehi ñ debēt. nisi p hūilitatē diuti⁹ in eiusdē mōi ꝓrēptu solidēt. Et q̄ nouoꝝ iu nioꝝ tētatio solet eē facile superbire nescire modū hūilitat⁹ ꝟuare. z si forte in aliq̄ ꝓsint. officiū metas excedere. ac ō mimis grādia ia ctitare. attēdāt sibi sup his vigilāt Nō ꝓt in timo ꝓscie testimonio gl'ari veracit. nisi qui gloriolas pcē respuerit. Pauptas i oīb placeat ne itez siue i libris siue i alīs rez se velint sarcinul' onustare. pfecta rez abiec/tio. a cura expedit mētē. ab infectōe affectuz Nēo in tpi expeditōe liberior. nil bñte. Si aliq̄b egeāt. studeāt pcitati. Sup oēs diui tias. diuitē facē pauptas. Nec q̄z i victu z i his q̄ carnis sūt. maxīe āplectāda. Nō ē eua gelici paupis gaudre supfluis. luxib⁹ idulge re. z qđ nec diuites pñt sp velle i oīb abūda re. nec penuriā scire pati. familiaritates sup/fluas fugiāt. Esto ait q̄dā oīb⁹ benign⁹. ne/mini blād⁹. pauc⁹ familiar⁹. oīb⁹ equ⁹. Et sā ct⁹. Tria inq̄t religiosū quēlibz decēt. pauca loq̄. paucos hz̄e familiares. z multū orare. vbi mlti familiares. ibi mlte locutōes. z sibi li singl'ares. Si familiarē admitt⁹. sit quem etas mores discretō z honestas ilignit z cō mēdat Familiaritas si fuerit ordiata. nō erit blāda ip⁹oba pueril' Est modestia q̄/dā in sctā familiaritate seueritas ē z iustitie rectitudo. vt nullate⁹ viciū foueat. nec p ami co prim⁹ offēdat. Noli ait sapiēs p amico in imic⁹ fieri primo Secularīū ōniꝯ famili aritas idiscreta religiosi q̄tē ml'tipl'r inq̄etat Nulli⁹ grāz munusc'l' ꝓparēt Si q̄d for/te alicui vl' cā exacti necessaria. prius religio nis lege licētia p̄obtēta obtulerit. honestas rei z vilitas pcij religios⁹ z paupū exceniū eē pbēt Nō freq̄ntēt. ppinq̄s. ac exterioribꝫ se iplicēt curi⁹. z salut⁹ ꝓprie mēores agēde po/ti⁹ pnie vacēt Nō cadat a mēte. pfessio. sp ad q̄d venerit cogitēt Presens q̄ō ō q̄b⁹dā ait. s. greg⁹. Sepe inq̄t nōnulli aspre ꝑuitat⁹ vias ōserūt. scrūtat⁹ hūtū sumūt. mox vt ꝓma limia bñ viuēdi ꝓtigerit. obliti quid fuerit affligi iā p pniaz ō ꝓsūmat⁹ neq̄tiꝫ nolunt. laudari āt ō inchoata iusticia appetūt. pesse etiā ceter⁹ melioribꝫ cupiscūt Et p⁹ pauca in rebꝫ ait ml'tiplicib⁹ occupati atq̄ ipa occu patōe ꝓfusi. ñ solū ppetrata mīme deplorāt sz adhuc q̄ ōplorēt exaggerāt Scōm apl'z nēo militās ꝺo iplicat se negocijs secl'a. vt ei placeat cui se pbauit De scō legit. q⁹ q̄nto magz se ab hūanis curis z colloq̄is seq̄stra/bat. tāto illi vicinior z ꝓpinq̄or ōs erat Vi tāda maxīe colloq̄a ml'iez. nō ꝑt toto corō bitare cū dño q̄ mulierꝫ accessibꝫ copulatur

Charitatis obseqa libēter impēdāt ¶ Charitas sp reddita. sp detiet debitorē. Nec autem quō negek amicꝰ q̄ etiā debek inimicis.

¶ Postq̄ vl orōi vacauerint. vl ad studiuz se dederint. ad fuiendū fratribꝫ surgāt. et si necesse fuerit officiales nūc hūc. nūc illū. discrete tñ z put oportuerit iuuēt. vt sm aplicam doctrinā z virā. manibꝫ suis laborātes qđ bonū est. alioꝝ fratꝝ etiā corpaliē si fieri pōt pticipātes laboribꝫ. in charitatꝰ sp exerceank opibꝫ. z cibū corpis non absq̄ labore comedāt corpali. vt h sctā ꝓsuetudo ipos in hūilitate custodiat. i fraterna dilectiōe z oī pfectiōe ꝓfirmet. ¶ Qui cōibꝫ instant. suisq̄ obseqis alios portāt. sūt corpali simul z spirituali suffragio supportādi. ¶ Merito singuli p his orāt. q̄ p cōitate laborāt. In spūalibꝫ bonis martha pticipet cū maria. q̄ vtiq̄ sūt sorores. z eq̄ sit ps descēdentꝰ ad plinz. z pmanētꝰ ad sarcinas. z sil'r diuidāt. ¶ Qui nob corpaliē obsequūt. iuste sortē in necessarijs spūalibꝫ assequūt. ¶ Rursū cōitatꝰ opibꝫ. familiaria nemo pponat. Caritas (de q̄ scptū est) nō q̄rit q̄ sua sunt. sic itelligit. qz cōmunia ꝓprijs. nō ꝓpria cōibꝫ añponit. ¶ Cōsideratiōi deniq̄ añ oia z in oibꝫ vigilāduz. q̄ ad finē z directiōz attēdit. ¶ Finis ad quē nra tēdit. pfessio. regni dei vl' porꝰ ipe deus ¶ Directio. s. illa q̄ tēdit. mētis ē puritas. ad ipm pncipaliter directa. Herēdū iugit his duobꝫ. ¶ Necesse ē em mentē ꝓsiderare. q̄ recurrat. cui q̄ pncipaliē inhereat. nō herētē p singlas horas atq̄ momēta p incursū vanitate mutari. atq̄ ex his q̄ extrinsecꝰ accidūt in illū statū ꝓtinuo trāsformari q̄ pmus occurrerit. Hinc ē q̄ mltos p xpi amore matrimā ꝓtenentes. pstinū tñ affectū in mimis retētates. Postremo videmꝰ p gphio. p acutiam calomoq̄ ꝓmoueri. Irascūt mobiliē z inflā tur veluti q̄ ñ habeāt aplicā caritatē ¶ Qui si ꝓtēplationē mūdi cordis fixā tenerēt. nūq̄q̄ p puis rebꝫ admitterēt qđ ne p magnis ac pciosis incurrerēt opibꝫ. easdē penitꝰ abꝺicere maluerūt. ¶ Uñ liqt pfectū nō statim facultatū seu dignitatū abiectōe ꝓtingi. vbi fuerit caritas illa cuiꝰ apls mēbra describit. q̄ i sola cordis puritate ꝓsistit. Hā q̄d est ñ emulari. nō inflari nō irritari. z reliq̄. nisi cor pfectū atq̄ mōdissimū deo offerre. z tractū a cūctis pturbatiōibꝫ custodire. Quicq̄d g̃ nos ad hāc puritatē pt dirigere. tota ꝓtute sectā dū est. Quicq̄d āt ab hac pt retrahere. q̄uis necessariū z vtile videat. vt pniciosū z noxiū deuitādū. ¶ Sine via tēdētibꝫ. laborē iteneris nō pfectꝰ. ¶ Opank z seruāt q̄ maxīe puritatē pfecta hūilitas. z expeditio mētis a terrenis. ¶ Erit deniq̄ vt purꝰ animꝰ pura deū orōe frequētet. frequētādo gustet. gustādo ꝓbet q̄ suauis ē dñs ¶ Erit deniq̄ vt diuino inebriatꝰ amore. totā in deū ꝓsideratōz inflectat. toto i ipum desiderio pgat. nil ei sit dulciꝰ. nihil iocūdiꝰ i hac vita q̄ vacare z vidēre qm̄ ipe est dōs. qđ ē in ptibꝫ ꝓsideratiōis potissimū. ¶ Affecta sic aīa ꝓphēdit amplectik z stringit z tenet dicēs. Tenui eū nec dimittā. Puritas itaq̄ via ē regia per quā ad spōsi amplexꝰ. p quā tandē ad pfiaz puenik. Per hāc tādē veri israelite despute in ꝓtutē donec videat ōꝰ deoz in syon desiderū gressu indeclinabili gradiunt. xp̄m sup oīa diligunt. nihil eiꝰ amori pponūt in via quē habituri sunt mercedē in patria ¶ Et nūc ego qui licet admodū imꝑfectus z rudis. p obedientiā tñ erudiētibꝫ simplicibꝫ aliqua h̄ documēta cōgessi. pulerū depingēs hoiem pictor fedꝰ. eos supplex p dñm obsecro. vt me sibi. z si minꝰ. pficuū. tamē benivolū attēdentes. in orōibꝫ suis mei meminerint peccatoris. quatenꝰ orātibꝫ eis. meoꝝ venia peccatorum assecutꝰ. in potētias dñi vna cū eis merear introire. ipo misericordiaꝝ dño id ꝓstante. cui est honor z gloria in secula seculorum Amen.

¶ Explicit Speculū disciplīe

¶ Sequuntur mora

lia quedā documēta extracta ex speculo disciplīe sub tribꝫ metris infra in rubro cōprehensa. p nouis z uniorib. in corde. collocutorio siue locutiōe. z in choro maxime p alijs intuēda. ¶ Et ꝑmo de cordis disciplina oīa dēdo vicia. z quo ad fugā earū ē discernēdū. Frater mi charissime cuz bene hec fugeris cordis disciplinā habebis. Ideo intꝰ et extra bis q̄ sequūt vel alijs renūcia ¶ Primo res peculiares. Secūdo reatū peccati. Tertio vagationē mētis. Quarto vecordiam Quinto ꝓpriā voluntatē. Sexto p̄sumptionem. Septimo irreuerētiā. Hinc q̄b in religione nra frat q̄libet ad opandū bñ cēsek expedit. Cū deo vale frat pamāde.

¶ Frater hospes ventꝰ. isto dogmate tēctꝰ

Res, re, va, ve, p, p̄, ir, hinc fugito mi vir.

Vigintiquinqz memorialia

Incipit vtilissima quedã epla eximij et deuoti doctoris Bonauẽture. q̃ est quasi q̃ dam regula z institutio oim pie z spũaliter in xpo viuere volẽtiũ. z distinguit in .xxv. memorialia. vt inferi⁹ patebit.

Prologus.

IN christo suo dilecto. E. Bonauẽtura ō balneo regio cõfrater ei⁹ in dño. Qualitũcũqz hoie veteri iã exuto. xpo viuere z mori mũdo. Qm̃ dilecte mi frat̃ i dño adhuc me in p̃sentia tibi posito mihi instãtissime supplicasti. vt te i posterũ aliqbꝫ lr̃is exhortatoĩs visitarẽ. Noui frat̃ q̃ hec dicẽs argẽtes p̃ unas ꝓgeris sup caput meũ. Uerũtamẽ affectuose instãdo duricie mee supbiã supplici humilitate vicisti. intm̃ vt ipe iã ꝓmitterem qõ optabas. q̃uis magꝫ dignũ foret hec me a te quidẽ suscipe q̃ me tibi hmõi destinare Quia tñ instãtia tue deuotiõis me cõpellit stultũ fieri in pte ista. siẽ potero qualitercunqz experiar qõ hortarꝫ. Nõ tñ tibi alia speculatiua scribẽs nisi ea q̃ rudia z simplicia mihi ipi colligere ꝓponebã. ex qbꝫ iã plurima bene nosti. Sz interim alloquẽs dilectiõem tuã charissime. cũ null⁹ siẽ experiẽtia certa docz ꝓfecte deo fruire possit. nisi dissoluere omino se ꝓcuret a mũdo. opozet si secꝫ volum⁹ dñm saluatorẽ. voci nos ꝓphetice obedire. vt scz pctõꝝ colligatiõibꝫ dissolutꝫ dissoluam⁹ fasciculos depmẽtes. quaten⁹ a terrenis actibus dissoluti seq̃mur liberis gressibꝫ redẽptorẽ. qz iurta apli testimoniũ. nemo militans ðo dz se negociis secularibꝫ implicare. Nũcqz g̃ de aliqua re creata nisi inqꝫtũ nostꝫ excitet diuini amorꝫ z dilectiõis affectũ. cor nostꝫ esse sollicitũ ꝓmittam⁹. qz multiplex rerꝫ labentiũ varietas pl⁹ debito ruminata nõ solũ aĩm distrahẽdo. pacate mẽtis gratã interrũpit quietẽ. vexꝫ etiã in aĩmo gignẽdo phantasias. turbulẽte quassatiõis molestia importune ipellit eandẽ. sz pot⁹ affectionis oim terrenoꝫ sarcina onerosa deposita. absqz retardatiõis grauedie curram⁹ ad illũ q̃ nos salubriter inuitat. in q̃ est aiaꝫ opulẽta refectio z paxꝫ sũma q̃ exuperat omnẽ sensum. Uenite ad me inqt omnes q̃ laboratꝫ z onerati estis z ego reficiã vos. O dñe q̃ indigeſ q̃re vocas. qd tibi cõmune nobiscũ. O vere pietatꝫ vox. Uenite ad me inqt. z ego reficiã vos. O dei nr̃i dignatio admirabil⁹. O charitas ineffabil⁹. Quis em̃ aliqñ fecit talia. qs vnqꝫ audiuit. qs ve ꝓspexit sicꝫ. Ecce inuitat inimicos. hortat̃ reos. allicit ingratos. Uenite inqt ad me omnes. Et discite a me. Tollite iugũ meũ sup vos. z inuenietꝫ requiẽ aiabus vestrꝫ. O ꝑba dulcia. ꝑba deifica. z penetrabiliora omni gladio ancipiti. intima ꝓcordioꝝ cuiscerãtia. nimiaqꝫ repleta dulcedine vsqꝫ ad diuisionẽ aie ptingẽtia. Expgiscere nũc o aia xpiana ad tãte benignitatꝫ amorẽ dulcedinis tãte saporẽ. z ad tãte suauitatis odorẽ. Certe q̃ ista nõ sentit infirm⁹ est. alienat⁹ est. iã ꝓximat morti. Inardesce queso o aia mea. piguesce amore. dulcesce sapore. nemo te ꝓhibeat itrare. tenere. gustare. Quid ampli⁹ querim⁹. qd vltra expectam⁹. qd desideram⁹ i hac vita. Habem⁹ in xpo oia bona. Sz heu o insania nr̃a mirabilis. O infirmitas miserabil⁹. O vesania detestabilis. Hã vocamur ad requiẽ. z seq̃mur laborem. Inuitamur ad solatiũ z q̃rim⁹ dolorẽ. ꝓmittit gaudiũ z appetim⁹ merorẽ. Mirabil⁹ ꝓsus infirmitas. miseraqꝫ puersitas. Iam oẽs isensibiles facti sum⁹. z̃q̃si deteriores simulacris. hñtes oculos z nõ vidẽtes. aures z nõ audiẽtes. rõem z nõ discernẽtes. amaꝫ dulce z dulce amaꝫ ponẽtes. O de⁹ vñ nob tãte puersitatꝫ correptio. vñ nob tãte offensionis satisfactio. Certe nihil tale inuenit in nobis nisi tuo munere tribuat̃. Tu em̃ sol⁹ potes nos corrigere. tu sol⁹ ꝓ nr̃is delictis satisfacere. q̃ sol⁹ nosti figmẽtũ nr̃m. sal⁹ z redemptio nr̃a. q̃ solũ illis ꝟ facis q̃ se mikos ꝓspicientes in ĩmis. a te solũ releuari ꝓfidũt. Leuem⁹ g̃ ad deũ mẽtis nr̃e oculos in directo. z videam⁹ vbi nũc ꝓstrati sum⁹. Qm̃ q̃ ꝓpriũ suũ casum ignorat. surgere min⁹ curat. Cognoscẽtes ꝙ clamem⁹ in fortitudine ad deũ de ꝓfundis vt nobis adiutricẽ porrigat misericordie sue manũ q̃ abbreuiari nunqꝫ poterit ad saluandũ. Nõ q̃so ꝓfidẽtiã amittam⁹. magnã remũeratoꝝ habentẽ. Adeam⁹ thronũ gr̃e ei⁹ cũ fiducia. fructũ nostre fidei reportãtes. salutẽ scz aiaꝫ nr̃aꝫ. Nulla nob insit cũctatio. Jã em̃ vita nos vocat. sal⁹ expectat. tribulatio cõpellit itrare. Quid g̃ facim⁹. qd pigritam⁹. qd moras ꝓtrahim⁹. Festinem⁹ ingredi in illã requiẽ iocũditatꝫ eterne. vbi sunt magna z inscrutabilia. q̃ꝫ nõ est numer⁹. Ascẽdat q̃so hierl̃m cor nostrũ. suspirem⁹ ad patriã nostrã. tẽdam⁹ sursum ad mr̃em nr̃am. Introeam⁹ in potentiã dñi. et

ſtūeamur noſtr̄ regē in ea regnātē. r lique
ſcāt in miſeratiōibꝫ eiꝰ corda nr̄a. Agamꝰ il
li gr̄as toto corde q̄ defectū nr̄e ingratitudi
nis nō ꝓſideras. ſue nō abſtulit a nob miſe/
ricordie pietatē. deſideriū nobis tribuens
ſpiꝰ viā currere mādatorū. quā ſine deſide/
rio nullꝰ currere pōt. qō quidē munꝰ nō eſt
vilipēdendū. ſz gr̄e reputandū. cū ꝯpheta
ille eximiꝰ ſe aſſerat cōcupiſſe q̄ ait. Cōcupi/
uit aīa mea deſiderare iuſtificatiōes tuas i
omī tpe. Sz qr hocipm deſideriū aliqñ ni/
mia tepiditate nr̄e icurie r negligētie laſſa/
ſcit. cogitaui quedā incitatiōis huiꝰ memo/
rialia annotare in q̄bꝫ fugiēda pateāt r ſeq̄n
da. que q̄dē cū affectu affectuoſe ſpeculātes
ꝑſtino vigore reſumpto tā diu infatigabiliē
ꝑſtutibꝫ r gratijs i charitate diuia creſcam⁹.
quoaduſq̄ pfectū veniat deſideriū collium
eternoꝝ. ꝓponanⁿ aūt memorialiū ꝓdictoꝝ
ꝑus quedā generalia. poſtmodū ſpecialibꝫ
ſubſequētibus.

¶ Memorialia generalia

Unt g̃ hec quedā ꝑtutes pbate in iuue
nibꝫ r ſcale ſalutiſ. p quas ſine dubio ad
pfectiōem ꝑtutū r culmē glorie poſſunt aſcē
dere fideliter exercitari p eas. videlicet ſcā
verecūdia in cūctis reb r actibꝫ ſuis. tardi/
tas loquēdi. pmptitudo obediēdi. freq̄nta/
tio oꝛōnis. fugere ociū r diſſolutiōes. pure r
frequēter ꝓfiteri. libēter ſeruire. r infructuo
ſum ꝓſortiū deuitare. Ne nāq̄ ſunt marga
rite fulgētes q̄ poſſeſſorē ſuū deo r angel' fa
ciūt gratioſū. Dū aūt ei placuerit q̄ te ſegre/
gauit ex vtero mr̄is tue. vocauitq̄ p gr̄az ſu
am. vt ī te reuelet imaginē filij ſui. de miſera
bili ſuitute egyptiaca trāſferēs te in liberta
tē filioꝝ dei. iāq̄ in viā noui hoīs incepis pe
dem ponere. q̄ int timorē r amorē būilitatiſ ē
ſemita ꝓſtituta. tūc p eandē būilitatiſ viā ad
eminētiora ꝓſcēdēs. poteriſ te i altioribꝫ exer
cere ex q̄bꝫ certa memorialia ſubſcribūt.

¶ De cōcupiſcentijs mortificandis

¶ Primum

Oportet g̃ añ. oia te cupientē veſtigia ſeq̄
ſaluatoriſ. vt ſpez tuā totā fixā i dño ha/
beas. ꝺ oibꝫ hꝰ mōi ꝓſolatōibꝫ peitꝰ ꝺſperās

¶ De vicijs extirpandis

Ecundū eſt vt ab oibꝫ vicijs r ꝓcupiſcē
tijs malꝫ inquantū ſuſtinet būana cōdi
tio. teipm ſtudeas penitꝰ emūdare. vt fermē
to veteri totiꝰ malicie r nequitie expurgato.
ambules ī nouitate vite pꝰ xpm. qr niſi ꝑus
bmōi catenas iniq̄tatiſ ꝓfregeriſ. aīa tua in te
nebriſ aggregata ad celeſtia ñ poſſit eleuari

¶ De colligatiōibꝫ reſecandis

Ertiū eſt. vt a teipō diſſoluas oēm col
ligationē extrinſecā. vt ſana r pura mē/
te poſſis deo colligari.

¶ De tribulatiōibꝫ cū patiētia tolerādis

Quartū eſt. vt amore altiſſimi r ſpōſi tui
xpi oēs mūdi huiꝰ ꝓſecutōes eq̄nimi
ter feras. imo ſi poſſibile ē p voto ſuſcipiēs
ſolū in xpi paſſionibꝫ delecterīſ. renuēſq̄ om
nē tpalē letitiā. ī ipis tribulatōibꝫ hilareſcas
oēs reputās tibi eſſe ad purgationē pec/
caminū. r lucrū aīe tue ꝑparatas.

¶ Ut de nulla re cōqueraris

Quintū vt cū creatorē tuū r oīm te ſenti
as offendiſſe. rōz tibi fieri nō poſcas ab
aliq̄ creata. ¶ De pauptate ſuijpiꝰ

Extū. vt habeas deſpectui temetipſuz.
cupiēs ab oibꝫ deſpici. zelanſq̄ ſacratiſ
ſimā pauptatē in oīibꝫ que ad te ſpectant.
Aſperitatē. vilitatē. r parcitatē habeas q̄n/
tū poteſ. nō tū in alijs req̄ras. ſz potiꝰ letus
r gaudēs ꝺ oīmi ꝓſolatiōe fraterna. eis ſicut
oportet obſequēdo r miſtrādo aſſiſtas. oīs
ꝓſolatiōis eos reputās eſſe dignos. niſi q̄ō
abſit. ita tibi in aliquo pateret diuia offenſa
q̄ oīmi excuſatiōe careret. de qua cōpatiēdo
r timēdo ex intimo corde doleaſ q̄ntū poteſ

¶ De honoribus fugiendis.

Eptimū eſt. vt oīmi tpe in timore ſtans
bl̄adicias hꝰ ſeculi. honores. gl'ias. vel
fauores. auraſq̄ vane gl'ie quaſi mortiferas
peſtes oīno fugias toto poſſe. ſtanſq̄ conti
nuo ī teipō. oīmi boza habeas te ſuſpectum.
qr ſi tuijpſiꝰ victoriā fueriſ aſſecutꝰ. nullꝰ bo/
ſtis interiꝰ vl' exteriꝰ tibi nocebit.

¶ De humilitate vera

Octauū eſt. vt amore illiꝰ q̄ cū ſit domiꝰ
oīm celeſtiū terreſtriū r infernoꝝ. p no/
bis aſſumpſit viliſſimā ſerui formā ī ea ſub/
ijciens ſe volūtarie hoīm poteſtati. humiliā
do teipm oēm hoīem reputes tuū dōm r te
veriſſime reputes ſeruū oīm. r in oīibꝫ cir
ca hoīem te reputes ſicut ſeruū. Sic ei trā/
q̄llitatē r pacēcū oīibꝫ ꝑpetuā obtinēs. ſcā
dalū penitus ignorabis.

¶ De pace anime r quomodo habet.

Onū. vt nihil eoꝝ tāgas q̄ te ſpiritua/
li vtilitate nō tāgit. ꝫ eſt. de nulla re cu
res vel ſplices te i aliq̄ exteriꝰ vel interius q̄/
quo mō vbi nō inuenis aīe tue lucrū. nec in
bmōi te ab aliq̄ implicari ꝑmittas.

Viginti quinq3 memorialia

¶ De custodia sensuum

Decimũ. vt visui atq3 oĩb3 sensib3 corpis omĩmodã custodiã ponas. ita vt nihil ꝓfus velis videre vl' audire aut tãgere. nisi vtilia aĩe tue. Linguã etiã diligẽtissime re/stringas vt nihil loq̃ris nisi interrogat9. vel necessitate vl' vtilitate euidẽti coact9. z tunc cũ reuerẽtia ani z timoꝛ dulcedine breuit' z submisse si potes. sp deuitãs plixitatẽ ꝯboꝝ eoꝝ occasiõis iuxta posse pscindẽs.

¶ De solitudine z vigiliꝫ

Undecimũ vt gratã sanctãq3 solitudinẽ desiderãs. omi tpe opatiõez vigiliaruz habeas pciosam. in ipis sp offerẽs deo oza/tiones tuas cũ attẽtione ꝯboꝝ. deuotionis feruoꝛe z humilitate pfunda.

¶ De diuino officio

Duodecimũ. vt cũ debes diuinũ officiũ celebꝛare ita fact9 i teipo q̃et9 obliuisca ris oim terrenoꝝ. q̃ten9 fixa mẽte celestib3 i/sistẽs mysteriꝫ cũ tãta illud deuotiõe. reue rentia. gaudio. ac timoꝛe psoluas. q̃si int' an geloꝝ agmina ꝓstitut9 diuino ꝓspectui lau/des psentialit' offeras cũ eisdẽ.

¶ Sup oĩa habeas in deuotiõe virginẽ gloziosam.

Tertiũdecimũ. vt gl'iosam reginã domi ni nr̃i mr̃em bñdictaz in sũmo habeas oĩ tpe veneratiõis affectu. z i cũctis ad eã necessitatib3 piculis z pssuris tãq3 ad refu/giũ turissimũ te ꝓuertas. ipi9 tutele psidium flagitãdo. eãq3 in tuã suscipiẽs aduocatã de uotissime ac secure tuã ei cãm cõmittas. q̃a mr̃ est misericordie. q̃tidie studẽs ei spẽalem z singularẽ reuerẽtiã exhibere. Et vt tua de/uotio sit ei accepta z reuerẽtia gꝛata. ipi9 puri/tatẽ z mũdiciã oĩ ꝓtute mẽte z corpe illiba te in teipo seruãdo toto conatu nitaꝛ hũili tate z mãsuetudine ei9 vestigia imitari

¶ Quõ fugiẽda sunt ꝓsortia mulieꝝ

Quartũdecimũ. vt vbicũq3 mulieres et ỹgines z iuuenes q̃scũq3 pter necessita tis vl' manifeste vtilitaꝛ causaz deuites. Et vnũ vbicũq3 fueris elige tibi pr̃em viꝝ q̃dẽ sanctũ discretũ z piũ. doctũ pot9 experiẽtia opis q3 sublimitate ꝓmonis. q̃ te ỹbis z exẽ plis efficacib3 z pbatis ad diuinũ amoꝛẽ in struat z inflãmet. ad quẽ in cũctis necessitati bus tuis possis hr̃e recursũ z spũale solam.

¶ De fuga accidie z tristicie.

Quintũdecimũ. vt omnẽ frigiditatẽ acci die z tristiciae in q̃ latet via ꝓfusionis. q̃ ducit ad moꝛtẽ. a teipo sũmo studio depel/lens. interi9 exteriusq3 seren9 sp z trãquillus existas. nulli vllo mõ ꝓtradicas l' resistas in aliq̃. sz pot9 oĩ modo. p oĩa oĩb3 acq̃/escens dũmodo diuine laudi vel saluti ani/me nõ obsistat.

¶ Qꝝ de oĩb3 habeas bonũ exemplũ

Sextũdecimũ. vt oĩes affectiões tuas ac volũtates ꝓformes diuie voluntati. Oĩa te edificẽt. neq3 te deedificet aliq̃d i hꝝ mũdo puritaꝫ z inocẽtie gr̃a diuini tibi mu neris elargite. nec alioꝝ pl9 debito defectib3 pturbat9. iniq̃tati addẽdo iniq̃tatez. alienis sordib3 polluaris ne dũ cupis alios de pela go liberare. deteri9 ipe coꝛruas in pfunduz. pot9 igit oĩa q̃b3 nõ potes sine detrimẽ/to pdesse opiens charitate benigna illi sum me sapiẽtie derelinquas q̃ nouit bona ꝺ ma lis eligere q̃buscũq3. sicq3 in bonis opib3 pa riter atq3 malis spirituale dño ꝓcedẽte pote ris repire pfectum.

¶ De custodia cordis

Septimũdecimũ. vt coꝛ tuũ seruãs om/ni custodia. sol'q3 spiritualib3 exercitiꝫ deditũ. nulle ibi reꝛ visibiliũ imprimanꝭ cõ cupiscẽtie. vt creaturis oĩb3 alienũ libere possit vacare omniũ creatori.

¶ De charitate ad ꝓximos.

Octauũdecimũ. vt imaginẽ ac similitu/dinẽ maiestatis diuine ꝓsiderãs i cun/ctis hoĩb3. ita oĩes diligas ĩtime charitatiꝭ affectu. omniũq3 z maxime infirmoꝝ z q̃ũ/cũq3 indigentiũ curaz geras. dũmodo circa spũalia tibi nõ fiat nociua distractio. sic̃ bo/na mr̃ diligit atq3 curat vnicũ filiũ p̃dilectũ

¶ De oꝛõib3 cũ opib3 sanctis.

Nonũdecimũ. vt cõtinue mentẽ tuã ita habeas ordinatã cũ deo q̃ oĩe op9tu/um atq3 exercitiũ tã mẽtis q3 corpis sit oꝛõ. oĩaq3 seruitia z maxime hũiliora cũ tanto facias charitaꝫ feruoꝛe. ac si ea ꝓpo corpali ter exhibeꝛes. Nõ certe debes z potes fac/ter cogitare q̃m ipe dixit i euãgelio. Nõ vni ex minimis meis fecist̃. mihi fecistis.

¶ De obedientia sancta

Uicesimũ. vt honoꝛẽ z reuerentiã omni ꝯ tã debitã q3 deuotã sanctissime obe/diẽtie normã. nõ solũ magnis veꝝ etiã mini mis quasi pupillã studeas sp seruare illesaz obediẽs quidẽ nõ solũ maioꝛib3. vt plat̃. ve rũ etiã minoꝛib3 oĩb3 te subꝺiciẽs quib9/cũq3. abnegãdo teipum p ꝓpo. In bonis ex

indifferētibꝫ semp alterꝰ studeas facere vo/
luntatē. in nullo ꝑbens te alicui oneroſum.
ſed potiꝰ in charitate xpi diligēs vniuerſos
teipm cōmunit omibꝫ gratū reddēs. Affa/
bilitates amicitias ⁊ familiaritates fugias
ſingulares. Sūmope caueas ne vnq̄ ꝓbo
vel facto vel geſtu alicuiꝰ rancoris. odij. cla/
moris. iniurie. turbatiōis. murmuratiōis.
detractiōis. ſcādali. ⁊ adulatiōis. ⁊ q̄ūcūq̄
ſimiliū. aliqua rōne vl' mō ꝑ te vel aliū cauſa
vel occaſio fias.

¶ Ꝙ ꝓſolationes ⁊ tribulatiōes occulte te/
neas.

Uiceſimū ꝓximū. vt virtutes vel gratias
ſpūales quas in te vel ꝑ te diuina miſe/
ricordia opari dignat. tribulatiōes ⁊ prelia
ꝓtuliſq̄ ꝓpoſitū vel ſimilia ab omibꝫ abſcō/
dere ſtudeas q̄ntū poteſ. his tamē exceptis
que ꝓprio ſacerdoti in confeſſa debēt accuſatōe
detegi. niſi forte alicui tuo ſpeciali ac ꝓbato
amico ea ſpūalis vtilitatis gra reuelare. cu
ius cōſiliū vel doctrinā in hmōi credas tibi
poſſe valere. ¶ Sollicitꝰ ſemp ſis furari tem/
pus vbiq̄ vt poſſis ſolite oratiōi ⁊ medita/
tioni ſancte vacare vt ſedēdo ſolitariꝰ eleua
tus ſis deſiderio ad ſupna.

¶ Ꝙ deū ſemp ⁊ vbiq̄ habeas i memoria

Uiceſimū ſecundū. vt ſolutꝰ ab omnib⁹
creaturis tāto mētis conatu deſideriꝰ/
q̄ feruore circa tuū creatorē intēdas. vt q̄ſi
omniū inferiox oblitꝰ. q̄cquid agas ⁊ vbicū
q̄ ſteteris. ⁊ q̄buſcūq̄ negocijs impliceris.
die ac nocte ⁊ oīni momēto ⁊ hora deū ſem/
per habeas i memoria. credēs ⁊ cogitans te
cē veriſſime cora eo. ⁊ ipm cogitās vndiq̄ te
aſpicere. Hec aūt cogita cū magna reueren
tia ac timore parit ⁊ amore. ⁊ cū magna di/
ſcretione. nūc añ pedes immēſe maieſtatis
ei⁹ ꝓſtrat⁹. corde amariſſimo petōx veniaz
poſtulādo. nūc ſacratiſſime paſſiōis filij dei
gladio cōpaſſiōis. cora ei⁹ cruce vulneratuſ
cū eo. lachrymoſus ⁊ flebilis apparēdo. nūc
toti⁹ vite illi⁹ decurſuz. obliquitati tue velut
rectitudinis lineā ꝓponēdo. nūc inenarra/
bilia ⁊ immēſa dei beneficia mēte ꝑtractans
gratiaꝝ actiōib⁹ inſiſtēdo. nūc ſtimulis ipi⁹
amoris ardētiſſime puncꝰ. ipm in creaturiſ
oīnibꝫ intuēdo. nūc potentiā. nūc ſapiētiam
nūc bonitatē ⁊ clementiā ei⁹ attendēs. eum
deuotiſſime in cūctis opib⁹ ſuis collaudan
do. nūc deſiderio patrie celeſtis attractꝰ. ad
ipm gemebūdis ſuſpirijs anbelādo. nūc cir
ca nos viſcera ineſtimabilis charitatis eius
aſpiciēs. lerabūda quadā exceſſiua admira
tione corde ac aīmo in ipo deficiēdo. nūc te
ꝑcipitē. nūc te fugientē. nūc te ruentē. nunc
deū te timentē. ſubleuantē. retinentē ⁊ attra
hentē. nūc deū te ingratū ꝑ oīa cōcernen/
tem cōſiderās. ineffabilib⁹ diuine miſericor
die viſceribꝫ tibi patefactis. nimio in eo cha
ritatis ardore te cōferens. totū te fletibꝫ re/
ſoluēdo. nūc ꝓ occultiſſima. ꝓfundiſſima.
⁊ ſumme arcāa nimiūq̄ ſtupenda iudicia
iuſticie ei⁹ diligēter attendēs. eū in oīnibus
fidelis ⁊ cōſtans cū ſummo amore ingēti q̄
timore ac tremore. diſcret⁹ ſupplex ⁊ humi/
lis venerādo. ꝑ oīnibꝫ aūt cōtinuā ⁊ viuam
memoriā ipi⁹ ſacratiſſime paſſionis in aīo ⁊
corde tuo ferēs.

¶ De ſolicita cuſtodia ſuiipſi⁹

Uiceſimū tertiū. vt ſup cuſtodia tua vigi
lans oīni tpe ab antiquū hoſtis fraudi/
bus. q̄ ſepe ſe in angelū lucis trāſfigurās oī
tempe ⁊ in oīni via homini laqueū tendit et
retia. vt aīmas noſtras valeat captiuare ſo
licitudine te cautiſſima tuearis. venantiū la
queos fugiēs ſicut paſſer. tāteq̄ puritat⁹ hū
militate ſancta i oculis tuis fias vt ne ſub/
tiliſſima ei⁹ retia te valeāt cōtinere. a quibuſ
ſane tūc poteris liberari illeſus. cū effectus
fueris iſrael. cōtinue mentalib⁹ oculꝭ videns
deū. quia nō dormitabit neq̄ dormiet eiuſ
cuſtos.

¶ De pura confeſſione peccatoꝝ

Uiceſimū quartū. vt tenēs indefeſſum i
ſtituti ſancti rigorē. ſacris ardoribus ce
leſtiū deſideriox ſucceſus. mētis ⁊ corporis
mūdicie pulcritudinē. innocētie puritatē. cō
ſcientieq̄ teneritudinē ꝓſeruās. cura diligē
tiſſima caueas ne vnq̄ repēdo in aliquo re/
ſipiſcas. Ad q̄ quidē diligenti⁹ ⁊ puri⁹ cō/
ſeruandū. quotidiana diſcuſſione ſepties i
die examines vitā tuā. ſemp añ vel immedi
ate poſt quālibet horā canonicā. cōſiderās
⁊ diſcutiēs attētiſſime qualit de hora in ho/
ram ambulauer⁊ digne cora deo ſine macu/
la i iuſticie ſemita. Et quia nemo eſt q̄ ſic di/
ſciplinā ⁊ iuſticiā obſeruet. vt nihil penitus
negligat vel omittat. ideo neceſſariū ē vt ad
penitētie lauacrū recurrēs cū dolore ⁊ gemi
tu ſepiſſime tue accuſationi inſiſtas. In qua
quidē accuſatiōe ſeu cōfeſſione integre facil
ter ⁊ pure ſine oīni velamine excuſatiōis vt
occultatiōis ſeu palliatiōis ꝑ ordinē omes

Post etiã notare debes q̃ sic decuit christũ corpus suũ velatuz nob̃ dare. Quid enim valeret fides tua si ret. certe ꝛ coacte eũ adorares. Aut quõ carnales oculi tãtã gloriã ferre possent. Quis vero nisi insipiens dicat vt carnẽ crudaz et bomis cruorem in ꝓpria forma sua comedere bibere debeas. Recedat ergo oĩis dubitatio. qz sicut olim diuinitas in vtero virginali latuit. et filiꝰ dei sub humane carnis velamine visibil' mundo apparuit. sic ꝛ glorificata humanitas diuinitati ꝯiuncta sub forma panis ꝛ vini latet vt nobis mortalibus cõpetere posset.

¶ De discussione ꝯscientie ante cõmunionem sacram. Et cũ quali ꝓposito seu dispositione accedendũ sit.

Secundo pba teipm cũ quali ꝓposito ꝛ dispositione accedis. Jõ discute ꝛ reuolue ꝯscientie domũ et vide ne forte sit intus aliqua turpitudo in mente vel macula extra in carne q̃ offendi possunt oculi illiꝰ qui est sanctꝰ sanctoꝝ. Primo g̃ rediens introrsus ad iniquitatez tue mentis quãta mala ab ineunte etate cõmisisti. quãta bona neglexisti. q̃ breuis vita. q̃ incerta mors. q̃ lubrica ꝛ piculosa via buius tempis rumina. ne forte qõ absit post precedentẽ confessionẽ ꝛ penitentiaz aliqõ in te sit mortale peccatũ vel peccãdi ꝓpositũ vnde mortua sit tua misera ania. ac p hoc a radice christi ꝛ eccl'ie abscisa. qz ille viuific⁹ panis ꝛ diuin⁹ non pstat influxum vite nec nutrimentũ membris abscisis et mortuis. teste scriptura q̃ dicit. In malinolã animã non introibit sapiẽtia. nec habitabit in corpore subdito peccatis. vnde a talib⁹ sumit sacramentũ et nõ res sacramẽti id est. christi gratia et vnitas charitatis eius. comeditur gustu sed nõ reficit spiritũ. vadit adventrẽ sed nõ reficit mentẽ. deglutit sicut abrotha num sine sui lesione. et nõ viuificat animaz nec incorporat eã sibi neq; vnit. sed potius nausea cõpellente talẽ christ⁹ euomit ve'ut cadauer putridũ bestijs deuorandũ ꝛ auibus. cũ scz infelicem animã tradit sathane cruciandã. sicut de iuda scriptũ est. Quoniam post buccellã introiuit in euz sathanas. Quapropter si talib⁹ laqueat⁹ es caue ne p aliq̃ causa vel necessitate absq; debita cõtritione ac ꝓposito penitẽdi ac ꝯfessione p̃missa accedere ad altare p̃sumas. qz horrendum est incidere in manꝰ deiviuẽtis. Sed heu quot sunt hodie sacerdotes miseri et sue salutis improuidi q̃ corpus christi i altari velut carnes pecudũ manducãt et inuoluti ꝛ contaminati abominatiõib⁹ de q̃bus phas nõ est dicere sceleratis manib⁹ ꝛ pollutis labijs ꝯtingere nõ verenꝰ et oscularí filiũ dei ꝛ marie virginis vnigenitum. Uerũ si boꝝ sacrificiũ suscipit deus. audeo dicere mendax est ꝛ socius peccatoꝝ. Insuper qõ deterius est ad tantã quidã p̃uenerunt istis diebꝫ quersitatẽ ꝛ stulticiã vt putent infelicissimi sua scelera et ĩmundicias peccatoꝝ que q̃tidie reiterare ꝓponũt (absq; penitẽtia ꝛ ꝯfessione) p sacrã cõmunionem q̃tidie celebrãtes expiare. Tales non sunt sacerdotes sed sacrilegi. nõ christiani sed heretici. pfecto si fidẽ rectã haberẽt aut peccare timerent aut celebrare cessarent.

¶ Scõo non tm̃ cordis sed ꝛ corpis attenda est mũdicia. ideo caue ne ĩmũdus accedas. nõ tm̃ dico de immũdicia volũtaria q̃ mortalis est sed etiaz nocturnali siue casuali macula q̃ impedit celebrationem vbi nõ est magna necessitas vel iussio p̃ceptoꝝ. Ubi g̃ dicta interueniũt ꝛ dicte macule nõ dederis occasionẽ vel causam p p̃cedentez ꝯcupiscentiã vel inordinatã crapulã. nec secuta est notabilis mẽtis inquinatio p remiscentiã vel illusionẽ fantasticã carnaliuz. credo q̃ accedere posses saluo meliori iudicio. maxime si singularis deuotio ratione solennitatis vel alterius similis cause te traheret ad celebrãdũ. Custodire etiã debes pudicitiã manuũ quantũ potes ꝛ oĩm mẽbroꝝ tuoꝝ puritatẽ. vnde tibi ꝯsulo vt p̃ ceteris hominib⁹ omni tempe maxime dum

missam celebraturꝰ es caueas ab oī tactu nō solū turpi⁊ imūdo ꝙ fit cū pctō. sed etiā a ꝙlibet indecēti⁊ coinq̄nato. Et totū te re colligas vt nec actus nec cogitatio ad aliqđ aliud dispgat. Et insup curā babeas diligent de mūdicia⁊ nitore paramētoꝝ altaris⁊ sacrorū vasoꝝ⁊ cū bonore⁊ oī diligentia tractet ille qui est angelis⁊ archangel' tremebundus.

¶ Ex quāta caritate q̄ntoq; feruore accedendū sit cōmunicaturo.

Tercio ꝓba teipm ex q̄nta caritate⁊ q̄li feruore accedis. Non solū enim mortalia vitāda sunt sed etiā venialia pctā p negligētiā⁊ ociuꝫ multiplicata et etiā p incōsiderationē ac p distractionē dissolute vite⁊ male ꝓsuetudinis. licꝫ nō occidant aiam. tñ reddūt hoiem tepidū. graue⁊ obnubilatū et indispositū et ineptū ad celebrandū nisi dicti pulueres⁊ stipule veni aliū p afflatū spūs⁊ flāmā caritatis vētilentur⁊ ꝓsumenť exardescēte igne cordis⁊ ex ꝓsideratiōe ꝓprie vilitatis. Jō caue ne nimis tepidus⁊ inordinat⁹ accedas. ⁊ incōsideratus. qz indigne sumis. si nō accedis reuerēter circūspecte⁊ ꝓsiderate. vñ apl's. j. ad Corinth. xj. Judiciū sibi manducat⁊ bibit. qđ apt⁹ insinuat cū subdit dicēs. Jō inť vos multi imbecilles. scꝫ p fidei incōstantiaꝫ. et infirmi. id ē. graui pctō sauciati. et dormiūt multi scꝫ p torporē⁊ desidiaꝫ. O q̄ꝫ graues angustie. o q̄nte angustie me vndiq; affligētes. accedere indigne horrendū est iudiciū nō accedere ex notabili negligētia vel contemptu dānabile est culpa. Beda. Hā cū sacerdos est absq; pctō mortali. et in ꝓposito bono nō bñs legitimū impedimētū. ⁊ non ex reuerentia sed ex negligētia celebrare omittit tūc q̄ntū in ipo est priuat trinitatem laude⁊ gl'ia. angelos leticia. pctōres venia. iustos subsidio⁊ gr̄a. in purgatorio existentes refrigerio. ecclīam xp̄i spūali beneficio. ⁊ seipm medicina⁊ remedio ꝓtra q̄tidiana pctā⁊ infirmitates. Quia sic ait Amb. Si q̄tienscūq; effundit sanguis xp̄i totiēs in remissionē effundit. debeo illū semp accipere vt semp mihi pctā dimittant. q̄ semp pecco semp debeo accipe medicinā. Jtez ꝓuat se oīnibꝫ talibꝫ puenientibꝫ ex sacra cōmunione q̄ sunt pctōꝝ remissio. fomitis mitigatio. mentis illumīatio. interior refectio. xp̄i⁊ corpis ei⁹ mystici incorporatio. ꝓtutū robo ratio. ꝓtra diabolu armatio. fidei certitudo. spei eleuatio. caritatis excitatio. deuotionis augmētatio. ⁊ angeloꝝ cōuiuatio. Jtē nō cōplet sibi iniūctū magne dignitatis obsequiū. nec officiū exercet debite seruitutis dei. ⁊ tñ scriptuꝫ est. Maledict⁹ q̄ facit opus dei negligenť. Jtē ꝓtemnit christi ꝑceptuꝫ de obseruātia hui⁹ sacrāmēti. iō xp̄s cōminatur. Nisi māducaueritis carnē filij hois⁊. Jtem abiicit viaticū sue pegrinationis. exponens se piculo mortis. qz nisi recipiat alimentū corpis christi⁊ vite vegetationē. efficit sicut aridū membrū ad qđ nō transmittit corpalis cibi nutrimentuꝫ. Ultimo quātū in se est euacuat diuinū cultū⁊ latriam creatori debitā ingrat⁹ de bñficijs. Unde ieri. ix. Si q̄s mūdus est scꝫ a pctō mortali. ⁊ in itinere nō fuerit scꝫ aliť impeditus⁊ nō fecerit phase aīa illa de pl'o suo exterminabit. qz sacrificiū nō obtulit deo domino tpe suo. Ergo quātū potes toto conatu p exercitiū boni opis. lachrymarū ꝓtritionē⁊ deuotiōis flāmā expelle a te oēm teporem⁊ negligentiam ne inueniaris respuere tantoꝝ carismatū dona.

¶ Qualiter homo accenditur. et p que ad celebrandum⁊.

Si vis accendi ad amoꝛē ꝓsidera tota mēte ista duo. ¶ Primo illi⁹ sūme caritatis incēdiū q̄ sūma bōitas⁊ benignitas p te vermiculo fetido tam penose sustinuit crucis obprobriuꝫ. ¶ Secōo illi⁹ nobilissimi corpis cibationē. dulcissimāq; sanguinis potionē. Primo attēdas illam beatissimā mortē discutiēs cām. Causa autē alia nō fuit nisi necessitas nr̄e redēptionis. Omis aūt lex p lese maiestatis offenit one offendentē iudicat reū mortis. Huius rei cā cū pctis exigentibꝫ essem⁹ rei mortis p recōpensatiōe tanti debiti miserās deus humane miserie⁊ parcēs nr̄e morti puidit⁊ cōcessit ꝓpriꝫ p morte hoīm cedem fieri aialiū⁊ offerri sibi hostias⁊ sacrificia plationis. vt q̄tiens q̄s peccaret totiēs erat p eo necessariū hostias īmolari q̄ oīa figure erāt⁊ vmbre donec xp̄s caput hūani generis mitteret viua⁊ rōnabile hostia absq; pctō q̄ pomibꝫ hoibꝫ seipm ex amoꝛe offeret ad mortē p nr̄e mortis redemptiōe. Sz quia nō debuit pluries mori. eo q̄ illa vna mors satisfecit p pctis oīb⁹ factis⁊ fiendis. ideo sufficit q̄ illā vnam hostiaꝫ corpis sui

quondã p nobis semel immolatꝫ mortẽs relinqueret q̃tidie a nobis p residuis delictorũ mystice offerendã deo pr̃i p cõmutatione nr̃e mortis cui q̃tidie sumus obnoxij p pctm. Vñ Aug⁹. Iterat q̃tidie hec oblatio licet semel christ⁹ passus sit. qz quotidie peccam⁹ pctis sine quib⁹ mortalis infirmitas viuere nõ potest. Et qz q̃tidie labimur. quotidie p nobis christ⁹ mystice ĩmolatur. Nec ille. Propter ß quicq̃d agit in missa et omis ornat⁹ z cerimonia nihil aliud repzesentat nisi christi passionẽ. ob ß sup omia ẽ necessaria xpi mortis mẽoria in missa. Vñ ipe xps Luce. xxij hoc facite in meã cõmorationẽ. Et .j. ad Corinth. xj. Quotiens cũq̃ mãducabitis zẽ. mortẽ dñi annũciabitis donec veniat scz ad iudiciũ. ¶ Dñ g accedis dic ex toto corde. Ecce celestis pater recolens mortẽ illã vnigeniti filij tui domini nr̃i iesu xpi offero tibi bãc hostiaz quam ipe olim obtulit p mea z toti⁹ mũdi salute. Ecce ad altare tue maiestatꝫ trãsmitto obsisti ad altare crucis ĩmolãdã p nob. Recordare ergo illi⁹ sacrosctã sudoris q̃si guttas sanguinis decurrẽtis in terrã. Respice illam virgineã carnẽ verberib⁹ crudeliter flagellatã. colaphis z alapis cesam. liuoribus tumidã. sputis maculatã. sanguine cruentatã. spinis pforatã. clauis cõfixã. lancea vulneratã. Illa ergo pietas q̃ filiũ tuũ traxit z vicit vt in statera crucis toti⁹ mundi pctã libzares ipa te cogat pr̃ misere nob⁹ misericordi tui. Respice obsecro nõ nr̃a pcta. sz in faciẽ christi tui. Nõ em̃ in iustificationib⁹ nr̃is pcessionũ tuarũ. ¶ Scdo si vis ad amorẽ accẽdi z inflãmari cõsidera illi⁹ sacri corpis cibationẽ dulcissimã. z vide q̃ bonus z suauis est spũs eius in nobis q̃q̃ cõgrua et vtilia puidit nobis pr̃ noster celestis vinificantia alimenta.

¶ Quare necesse sit anie nostre recipe sacramentum.

Quia em̃ rõnalis creatura ad hoc facta est vt sit capax z particeps boni tatis dei. ex q̃ participatiõe viuere z ad beatũ esse q̃uenire debz. sine q̃ ex se ad nihilũ tendit et ad mortẽ sempiternã. nisi p cibũ vinificantẽ iugiter vegeteꝫ ex participatione diuine ẽtutis z glie. Quã participationẽ ideo comestionez voco. qz sicut corp⁹ aniale p cibũ vinificat calefit z impinguat. sic ania rõnalis p spiritũ xpi quo frui debz pleno affectu z intellectu nutrit z inflãmat. Et sicut angeli in patria pleno haustu bibunt de spũ phenni z viuo fonte lumis ac satiant ab vbertate dom⁹ eius. Sic sapiẽtia ante puidit vt rõnales anias hominum q̃s tã care redemit et p grãm magnificauit ac effecit similes angel' dei. cibaret illo pane quo angli nutriunt. sine quo nec illi nec isti viuere possunt, z hoc p aliquẽ modũ cõuenientẽ nobis paruulis. qz impossibile est nobis comedere cũ isto mortali corpe illũ panẽ vite in soliditate ꝓprie forme scz diuinitatis. Jõ vt nobis comestibilẽ cibũ pberet sub forma ꝓuenientiori scz panis z vini corpalis dandũ ꝓpter ꝓuenientẽ similitudinẽ panis ad panẽ. z refectiõis ad refectionem, vt sicut angelos viuentes spũs cibat verbo increato. sic mortales homies cibat ꝙbo incarnato in sacro suscepto, vñ dictuz est. panẽ angelorũ mãducabit homo zẽ. Et ego sum panis viuus q̃ de celo descẽdi zẽ.

¶ Itẽ nota q̃ sicut cura est deo de corpore anialis cuiuscũq̃ puidere illi cibũ cõuenientẽ. sic cura est eidẽ de nutrimẽto nobilissimi sui corpis mystici. qđ est eccl'ia. cui⁹ christus filius dei est caput, nec aliũde debz vegetari z viuere q̃ a capite suo. vt oia membra scz viri iusti vnita z sibĩ nuicẽ coherentia in xpo capite ipius spũ z amore nutriantur p hoc sacr̃m vnitatis z pacis, ac p hoc sicut nõ est vita corpi absq̃ incorpatõne cibi ꝓuenientis ei. sic anie rõnali nõ est vita spiritualis sine incorpatione et inuisceratõne hui⁹ cibi spũalis sibi cõuenientis. Vñ inqt xps. Qui mãducat me viuit ꝓpter me. Nec autẽ est differẽtia inter cõmestionẽ corpalẽ z spũalem. qz ibi cibus cõmestus transit in substãtiã z nutrimentũ comedẽtis. hic vero comedẽs incorpatur xpo z trãsit in amorem z vnitatẽ spirit⁹ xpi, Jdeo dictum fuit btõ Augustino. Nõ ego mutabor in te. sed tu mutaberis in me. id est. in mei similitudinẽ. scz bonitatez. sctitatem zẽ. sicut ignis ferrũ sibi in silitudinẽ cõuertit.

¶ Propter q̃d z ꝓpter quã causam cõmunicandũ sit.

Quarto z vltimo pba teipsum ꝓpter q̃d aut ꝓpter quaz causam accedis. Et hic dirige aciẽ mentis ad duo p cipue. scz ad purũ affectũ z desideriũ sctm.

Secõ ad debitã intentionẽ z ꝓpositũ necessariũ. Primo vide q̃d desideres nec̃pter auariciã aut tumorẽ aut vanã gl̃iam aut cõ suetudinẽ aut alicui⁹ mũdane cõplacentie. aut tpalis fauoris cã accedas sicut mlti debus ist⁹ abutunt ad sui pditionẽ q̃ est datum ad salutẽ. Ue ve ve dñe de⁹ quãti bodie infelices ad sacros ordines accedunt z diuina mysteria accipiũt nõ celestẽ panem sed terrenũ q̃rentes. nõ spm̃ sed lucrũ. non dei honorẽ sed suã ambitionez. nõ salutem aiaz sed questũ pecuniaz. non xpo seruire mũdo corde z corpe in sacris mysteriis sed deliciari. ditari. supbire z luxuriari de pri monio christi z de elemosynis pauperũ ac ecc̃liasticas dignitates ambiẽdo multis litigiis z symoniis pot⁹ rapiũt q̃z assequant, nõ vocati a deo sed impulsi a diabolo tã q̃z datan z abyron. Tu aũt bõ dei dirige vota tua z desideria ad deũ. z vide q̃b affectionib⁹ z desideriis trahi debeas ad sacra mysteria celebrãda. Primo te trahet ꝓscia z remorsio delictoz sperãs p eũ q̃si p hostiã oblationis ab omni pctõ purgari. Secõ tue infirmitatis intuit⁹ z ꝓsideratio. vt cum q̃si medicinã ad te veces. p quã ab oi infirmitate tuearis. Tercio pssura alicui⁹ tribulationis. vt p eũ q̃ oia põt ab omi aduersitate cici⁹ libereris z ptegaris. Quarto desiderii alicui⁹ gre vl spũalis bñficij impetrãdi. vt p eũ cui pi nihil negare potest obtineas. Quinto grãz actio p oib⁹ bñficiis tpalib⁹ z spũalib⁹. tibi z alijs ipex. cũ nihil habeam⁹ deo retribuere p oib⁹ q̃ retribuit nob aliud q̃z calicẽ sa. accipe z sacrificare hostiã laudis id est. iesum xpm. Sexto caritas z cõpassio primoz, cũ p salute viuoz z requie defunctorũ nihil efficaci⁹ interpellet q̃z christi sanguis effusus in remissionẽ pctoz. Septimo laus dei z sctoz, cũ nihil habeam⁹ quo possimus deũ et sctos p sua dignitate laudare. q̃z christũ sacramẽtalit deo pi offerre z immolare. Octauo dei amor z dilectio. vt eũ inuites ad te. ac p iuisceratõnẽ spiritual refectiõis in teipo eũ delectabiliter amplexeris. Nono sitis z desideriũ augendo gre, qz hoc sacrm̃ fontẽ cõtinet grãrũ z sanctificationũ. z actorẽ cõtinet salutis dñm nr̃m iesum xpm. Ideo dicit eucharistia. id ẽ. bona gra. Cetera vero sacramẽta fluenta sũt z riuuli grãrum quib⁹ sanctificamur. Decimo ardor z suspiriũ q̃ totis visceribus virtute hui⁹ excessiue caritatis z dulcissime refectionis cupias sc̃ificari ab omi inq̃namẽto carnis z spirit⁹ z eripi ab oĩb⁹ periculis z tentatiõib⁹ ac insepabiliter vniri xpo saluatori z cõseruari in suo amore. Uñ inquit xps Johis xvij. Pater q̃s dedisti mihi. volo vt vbi ego sum illic sint mecũ. vt sint vnũ sic nos vnũ sum⁹. ego i eis z tu i me vt sint ꝓsummati in vnũ.

¶ De latria que soli deo debetur.

Secundo dirige mentẽ tuã ad debitam intentionẽ z ꝓpositũ circa ea q̃ agere debes. Tria autẽ sunt q̃ celebraturus intẽdere debes. sc̃z deũ p latriaz colere. xpi mortẽ memorari. z totã eccl̃iaz iuuare. Primo intendas deũ p latriã colere. Cultus autẽ latrie est honor soli deo impensus summo creatori ex debito seruitutis quo obligamur nõ solũ nr̃a sz nosipos impendere p suo honore et p eo mori si expediret ad recognitionẽ beneficioz suoz z sue immẽse bonitatis nob ostense, z cõtrito corde z spũ humiliato et toto affectu. actu z habitu. gestib⁹ et signis ꝓsternentes nos ante oculos sue maiestat̃ z sacrificijs ac muneribus eũ venerãtes referam⁹ ad ipm omnẽ spem nostrã z desideriũ nr̃m tanq̃z in finem vltimũ, z in eũ a q̃ omnia sperãtes p pter que omnia expectãtes ab eo meritoz z retributionẽ bonoz nostroz z maloz p̃m retributionẽ iustitie sue suiq̃ beneplacti.

¶ De dulia.

Huius quoq̃ sanct̃ exhibet honor z deuotio que dicit dulia. q̃ nõ est cultus nec adoratio sed subrogatio et inuocatio, vt sint apud deũ aduocati, p nobis. z omnis reuerẽtia q̃ eis impendit ꝓpter deum cui sunt cõiuncti exhibet. Deus autẽ debet a nobis in imensum timeri z honorari z amari. Primo ex ꝓsideratiõe sue omnipotẽtie z iustitie qui nos plenissimo inferno dãnare põt z saluare. Est etiã sũme timendus. Ex q̃ eĩ timore orit dolor de peccatis. pudor. suspiria. lachryme. tunsiões pectorũ. supplicatiões. ieiunia. disciplinę. peregrinatiões z hmõi. ¶ Secõ ex ꝓsideratione sue sapie z maiestatis sũme est honorandus. Ex q̃ nãq̃ orit veneratio z reuerẽtia. genuflectiones z incuruatiões. pstratiões. oziones. purificationes. ꝓfectiões. munditia sacroz vasoz. paramentoz oznatus z decor. festiuitates. celebritates et solẽnita-

tes luminariū. cant⁹ psalmodie. hymnoꝝ. lectionū ꝛ hmōi. ¶ Tercio ex cōsideratiōe bonitat⁹ ꝛ clemētie est infinite amādus. Ex hoc aūt amore oriunt grāyactōes. laudes hymni. bñdictiōes vota sctā ꝛ incensatōes ꝛ huiusmodi.

¶ De intentiōe celebrātis missaꝝ solēnia.

Intendere debes vt ex freqntatiōe diuini cult⁹ nomē dei in nob sanctificet, vt a nobis p sctitatē vite glorificet in mūdo, vt crescat in orbe cult⁹ et honor dei. vt cognoscat tot⁹ mundus nos esse clericos vn⁹ veri dei ꝛ saluatoꝛ iesu christi. Intendere debes ꝛ mēorari xpi mortē. Et de ꝑ dictū est sup. Intēdere debes totā ecclesiā iuuare. vt scz. ꝓponas deū orare p papa. cardinalib. ꝑtiarchis. archiepis. epis. doctoribꝫ. rectoribꝫ. sacerdotib. clericis. monachis. religiosis. monasteriis. ꝛ oibus xpō famulātibꝫ. p regib. ducib. ꝓncipib. ceteris nobilibꝫ. p ꝑginib. viduis. orphanis. pegrinis. afflictis. captiuis. debilibꝫ. infirmis. et ꝓ oīm pl'o dei. Etiā p paganis. scismaticis ꝛ hereticis vt quertant⁹ ad deū vez ꝛ sctē ecclesie vnitatē. Itē in speciali orare debes p aliquib causis. caris. s. parentibꝫ ꝓsanguineis ꝛ amicis deuotis ꝛ tibi recōmendat⁹ ac in tua ozone sperātibꝫ. Itez singularissime ꝓ teipo. et si aliquē ꝓdictoꝝ fideliū ꝓcipue ꝓpter odiuꝫ vel rancoꝛe excludis. vt non sit particeps tanti beneficij mortalit⁹ peccas agens cū odio diuina mysteria.

¶ De confessione celebrātis facienda.

Bis ꝓmiss⁹ postq̄ ex ruminatione ꝓdictoꝝ in meditatiōe tua exarserit ignis in corde tuo euome ꝛ purga feces pctoꝝ tuoꝝ spū cōtrito ꝛ humiliato memorās quāta cōmisisti cogitatiōe. verbo ꝛ ope. quāta bona omisisti que facere debuisti ꝛ potuisti ꝛ veniēs ad spūalē medicū ꝛ ꝑem dic pctā nō cōmuni et generali ꝓfessione. vt quidā duri corde faciūt palliātes folijs ꝝboꝝ in generali ꝓfessione sua enormia pctā. et absq̄ verecūdia et dolore talit⁹ ꝓferētes vt etiā i plateis possent talit⁹ absq̄ ruboꝛe ꝓfiteri. hec nō est ꝓfessio. sed deceptio ꝛ derisio. ¶ Sed si vis sanari aperire et apte q̄ post ꝓcedentē ꝓfessionem egisti nō solū opa sed ꝛ cogitatiōes quersas. q̄rū delectatio mentē maculat. nō soluꝫ mortalia sed etiā venialia grauiora que ꝓsciam le dunt ꝛ mordēt. Cetera p modū generalem breuit⁹ ꝛ clare exꝑme. Deinde pacta penitētia tibi iniuncta. decanta illos quinq̄ psalmos. scz. ¶ Q̄ dilecta. Benedixisti. Inclina. Credidi. De ꝓfundis cū suis ꝑsicul' ꝛ oꝛonibꝫ. Dic etiā si tps supetit illā oꝛonē. summe sacerdos. q̄ valde efficax est et deuota. postea ꝓcedēs ad altare recole xpm euntez ad crucē ꝛ fige coꝛ ad ea q̄ in passione gesta sunt. legas clare et distincte ea q̄ legēda sūt nō multiplicādo collectas nimias nec alia legendo ex deuotione vel arbitrio ꝓprio q̄s quod a sctis pribꝫ institutū est.

¶ Quō sacerdos celebrās se habeat infra sacrum canonem.

Cum autē ꝓueneris ad sacrū canonē recollige mentez ne p diuersa vageť. appone diligentiā magnā in signis et actib. maioꝛē in ꝝbis. maximā in intentiōe. Primo ꝓpter ꝓtinētiā diuinitat⁹ immēse. In memēto tā p viuis q̄s p defunctis nō fiat cū voce ꝛ ꝝbis cōmēdatio. sz tm̄ mente discurre p quasdā ꝑsonas magis intimas. ceteras q̄s recollige sub cōpendio referens intentōnē ad oēs p quib antea ozasti siue ozare ꝓmisisti. Dū aūt ꝓueneris ad Qui ꝑdie. dirige mentē ꝛ intentionē tuā ad faciendū id qō intellexit xp̄s in sua cena. et qō intendit sctā m̄ ecclia. In cōione autē pausa paulisp. et dic nō linguavl' labijs sed coꝛde. Dñe mi ꝺs es tu. ꝛ ꝺs sum ego vt p̄sumā te mittere in latrinā fetidā coꝛporis mei ꝛ aīe mee. Ut ꝺd me feciſti vt tibi iniuriam hāc exꝑecrandā facerem. Mille em̄ lachrymarū anni nō sufficerēt ad tam nobile sacramentū semel digne ꝓcipiendū. quāto magis ego miser indign⁹ sum ꝺ q̄tidie peccato et incoꝛrigibilis ꝑseuero. et in pctis accedo. sed in infinituꝫ maioꝛ est misericordia tua q̄s misꝛia mea vnde ꝓfisus de tua pietate p̄sumo te sumere. Hec em̄ duo maxīe requirunt⁹ ad congruā ꝓceptionē sacramēti scz. ꝑfunda humilitas cū annihilatōe sui et cōpassio mortis christi.

¶ Quomō se habeat sacerdos post cōmunionem sacram.

Post cōmunionē si nō sentis aliquā spiritualē refectionē signū est spiritualis infirmitatis vl' mortis. Ignez posuisti in sinū et nō sentis calorem, mel in oze ꝛ nō sentis dulcedinē. Si vero ꝓsolationem sentis aliquā nō tibi tribuas sed sue

bonitati immẽse que etiã et malos et indignos cõsolat. z dicas in corde tuo. Ad me am miseriã detestandã me cõuicit bñficijs suis. Si mihi pctõri talia fecit, q̃d faceret si vitã meã correxero. Ideo totis viribꝫ volo me mutare z sibi semp adherere. Hoc aũt non reputes te posse tuis viribꝫ sed auxilio gr̃e eius. Qõ ipe oibꝫ nob ꝑstare dignet. A.

Explicit tractatus de ꝓparatõe ad missam doctoris seraphici sancti Bonauẽ.

Opusculũ Bonauẽ. de instructõe sacerdotꝫ ad se ꝓpandũ ad celebrandũ missam.

AD missam celebrandam sex ꝓsideratões attendende sunt. Primũ est rõnis discretio respectu veritatis. vt sc̃z sciat q̃s q̃d recipe debeat. Quid. qz vex deũ q̃ fecit celũ z terrã. z vex hoiem q̃ p nobis pepẽdit in ligno. Quis qz hõ nõ bestia p pctm̃. vñ p ceterꝫ repellat a se sacerdos bestialitatẽ pctĩ. Scõm mentis deuotio rõne eiꝰ sctitatꝫ. Debet em̃ ꝓsiderare q̃ quẽ recipim⁹ sctũs sctõz est z ois sctitatꝫ origo, z idõ q̃ntũ põt sctẽ et deuote accedat ad ip̃m. a se expellens oẽm pctĩ rubiginẽ p lachrymax cõpunctionẽ z oẽm mẽtis amaritudinẽ p orõnis dulcedinem deuotionẽq̃. Terciũ ẽ animi reuerẽtia respectu maiestatis, vt. s. ad tã excellentẽ dñm vereat accedere tã vilissima creatura. Si em̃ añ impatorẽ nõ esset dignꝰ stare hõ infectꝰ putredine, q̃nto magꝭ dñm recipe in sacro altarꝭ indignus z miser hõ. cuiꝰ oẽs iusticie sunt sicut pañ⁹ mẽstruate. et si iusticie sunt tales, q̃lia sunt pctã. equidẽ indignissim⁹ ẽ ad hoc ois hõ. Consideret tñ q̃ maior dignatio sua q̃z dignitas nr̃a. sua benignitas q̃z miꝭia nr̃a. Quartũ est amor z desideriuz cordis rõne sue bonitatis. vnde multũ cauere debz hõ ne cũ tedio aut corpis torpore ad illud sacramẽtũ accedat, in q̃ ꝓtinet sũma bonitas z infinita iocũditas. Vñ mirũ videt quõ i ista receptor hõ nõ liquescat amore calore q̃. z quõ nõ absorbet suauitas dulcore. Cõsideret ibi corpus dñi sui si vult ad amorez accendi, z illꝰ nobilissimi corpis z sanguinis cibationẽ si vult desideriuz puocare et tandẽ refici puocatꝰ. Quintũ est, p se z alijs affectuosa depcatio z hũilis i ꝑmone rõne sue clemẽtie. Ab ipo em̃ secure põt petere. q̃ dixit. Petite z accipietꝭ. q̃rite z inuenietis. Et ad ꝫ credo maxime istud sacr̃m esse. vt postulet venia z gr̃a impetret in oblatione isti⁹ excellentissimi holocausti. Extruz est totꝰ hois diligẽtia respectu sue immẽse nobilitatis siue nobilissime immẽsitatis. Si em̃ cũ diligẽtia magna q̃s seruit alicui ꝓncipi singulari. tãto maiori diligẽtia debet sacerdos dño suo mistrarez oĩ vigilãtia ptractare illud dignissimũ sacr̃m ac si nihil faciendũ esset aut nunq̃ aliud facere deberet. Ecce ibi dz esse attentio tota, pbatio sufficiens z distincta, vt nil ꝓfusuz aut diminutũ fiat, dz etiã nihilominus ꝓtractatio fieri, pulcra z discreta ac oĩ honestate ornata. vt sic ibi oẽ̃ia cũ sũma diligẽtia opet sacerdos. Ad ꝫ ꝓsulo cuilibet sacerdoti. vt p ceterꝭ hominibꝫ se oĩ tpe ab oibꝫ que aliq̃ mõ cor suũ habitaculũ regis sui polluere pñt siue pauꝫ siue multũ tã occasionaliter q̃z actualiter elõget se quãtũ põt. Tũc aũt ꝑcipue cũ ad missam vadit celebrandã a cũctis se abstineat quãtum põt, z se totũ recolligat in seipõ, vt nec sensus nec cogitatio ad aliud diffundatur, suã ꝓsciam discutiat diligent̃. z qđ inuenerit lauandũ lauet habũdãtia lachrymaꝝ, vadat ad ꝓfessorẽ suuz z extra euomat oẽ̃a venenata. z ĩmediate pcra pñia si tũc facere poterit. itez recolligat semetip̃m. z ad diuinã maiestatẽ eleuet mentẽ suã. z ꝓsideret diuinã magnificentiã, z ad ꝓriã miseriam vergat. vt sic videat q̃z magnus est dñs z q̃z paruus est ꝫ. ĩmo van⁹ z inutil̃. Intret q̃ntũ põt in deũ. z in seipõ inq̃ntũ potest ad nihilũ redigat. z cũ fuerit abstractus z diuinus effectꝰ. q̃si nihil aliud videat. nihil aliud sentiat nisi deũ. z ꝓter deũ oẽ̃a reputet vanitatẽ, tũc cogitet q̃lis fuit erga nos dilectio dei nr̃i q̃ sic p vili re. ĩmo p tã detestabili voluit sic vnire sibi vilẽ. z in ea vilissima z abhoiabilissima tã turpia voluit sustinere. Tũc rumiet illã magnificẽtiã caritatꝭ z illo ineffabili ardore iflamet, z cũ ignit⁹ fuerit caritate circa dilectũ adaptat viscera pietatꝭ p se vilificato afflictor letalit̃ vl̃nerato ꝓpa tiat. intra se oĩa ista vulnera trãsformet, ac si ipemet eẽt letalit̃ vulnerat⁹. z magꝭ xpi vulnera. z nũc q̃ntũ in isto vulnere q̃ntũ in illo passus sit mediteť. Nũc q̃nta fuerit illa flagella extimet diligent̃. Et cũ sic i ista meditatiõe cũ xpo fuerit crucifix⁹. q̃ i isto exigit marie sacro, Tũc cogitet q̃ illã nobilẽ carnẽ in cruce ara ĩmolatã, p nob dignat⁹ ẽ va-

rei cibū ꝛ sanguinē ei⁹ effusuꝫ ꝓ redēptiōe
būani generꝫ de latere suo in potū. Nunq̄
credas q̄ sāguis ille quē recipim⁹ i altari sit
extra corp⁹ ei⁹. Sz tm ꝛ effusuꝫ ꝓ nob i pas/
sione recipe debē⁹ sub illa intētiōe. Tūc ei⁹
dilectionē circa nos ꝑsideret ꝛ rumiet illū
magnificētiā facti, ꝛ ℔ q̄ntū p̄t; q; vix p̄t ali/
quā inuestigare scintillā tā imensi amoꝫ dñi
in ℔ magnifico sacr̄o. Et cū bñ ruminabit
istud magnificū sacr̄m saluatoꝫ iā q̄dā dul
cedine celesti inducē⁹ hūlit ꝛ reuerent acce
dat ad ℔ sacr̄m, ꝛ cū oi diligētia, psequat ad
bibitꝫ ꝛ alijs circūstantijs q̄s in p̄ncipio h⁹
tractat⁹ tractau. Cū aut̄ recipe debuerit.
aliq̄ poterit p̄meditari si placet, vtpote di/
cat i corde suo. Ad illud tā nobile sacr̄m re
cipiendū nō sufficerēt mille ānі ad p̄patio/
nē ꝺdignā, q̄ntomagꝫ ego miser ꝛ indignus
sum q̄ q̄tidie pecco incorrigibil⁹ ꝑseuero et
imp̄pat⁹ accedo. Quare dñe me fecisti, vt ti
bi execrādā iniuriā facerē q̄ te pono i la tri
na petōꝝ aie mee: q̄m nō ē cloaca magꝫ feti/
da q̄ peccatrix aia mea, vtinā hāc imundā
aiam aliq̄s fluui⁹ cōpūctōis discurrisset. vt
ibi nō fuisset tanta petōꝝ sanies ꝙgregata.
Dñe q̄d est ℔ nūq̄d ibi te ponere debeo. sz
in infinitū maiorē mia tua, q̄ nr̄a miseria.
ꝛ iō de tua benignitate ꝙfidēs te p̄sumo su/
mere, vt sic infirm⁹ accedā ad medicū dul/
cissimuꝫ, vt tua liberer medicina. Quāto ei
plus infirm⁹ suꝫ, tāto pl⁹ indigeo de⁹ me⁹.
ꝛ in liberatiōe mea magꝫ apparebit tue imē
sitas pietatꝫ. Accedā ad deū meū ꝙfidēter.
q; infinite sunt mie ei⁹ ꝛ secū fruar bonorū
delicijs, ingrediar ℊ spōsa ad sponsuꝫ. secū/
q̄ volo inseparabilit cōmorari. Nolo amplꝰ
alteri adherere vt cū ipo solo gaudiū habe
am sine fine. Hec ꝛ alia que dicere voluerit
corde dicat. nō ore. q; nō credo expedire ibi
p̄ferre alia q̄ illa q̄ in canone cōtinent. Et
nota q̄ ꝑm meū videre ad efficacit recipien
dū valet cōpassio xp̄i ꝛ vilificatio ꝛ ānihila/
tio sui. q̄ntū p̄t vilis fiat ꝛ indign⁹ in oculis
suis q̄ recipe debet. Cū aut̄ sacr̄m expletuꝫ
fuerit cogiter i corde suo p⁹ tā nobilē cibuꝫ
nolo stercora degustare, ꝛ cū ipe sit sūma io
cūditas nolo de ceco affici circa aliquā crea
turā. Si aut̄ affectōem ibi nullā habuit. re
cogitet signū esse ifirmitatꝫ vl⁹ mortꝫ. Ignē
em posuit i sinuꝫ calorē nō sentit. mel posu
it in ore ꝛ dulcedinē nō p̄cipit. Et iō tal⁹ mi/
seriā suā recognoscat ꝛ muter i melꝰ vitā su
am. Si ꝙo refectionē ibi recipit nō sibi at/
tribuat sz infinite diuie maiestatꝫ bonitati
q̄ se ad bonos ꝛ malos extēdit ꝛ dicat i cor
de. In me dñs opat mirabilia ad detestati
onē miserie mee ꝛ ad q̄incēdū bñficijs ini/
q̄tatē meā magnā. Hā me mortuū fecit sen
tire ꝛ vermē vilissimum celestia degustare.
Si mihi petōꝝ talia fecit dñs, q̄d faciet si
corr̄exero vitā meā. ꝛ ꝓtinue voluero i me/
li⁹ ꝓmouere ꝛ celestib⁹ dedicare meditatōi/
bus ꝛ sibi soli de ceco adherere. q̄s tū face/
re potuit auxilio dñi nō ꝓpria ꝙtute, ꝛ sic co/
gitat sic ope adimpleat. Oratio. Dñe
deus meus quō ausus sum te alloqui vilis/
sima creatura. naz fetidissim⁹ sum. horribil⁹
sum. sterc⁹ vermisq̄ neq̄ssim⁹ ꝛ vanissimus
hō. Tu aūt de⁹ deoꝝ dñs dñantiū omne bo
nū bonestū ꝛ pulchrū. ois vtilitas. ois ame
nitas. ois suauitas, fons splendoris. fons
melodie. fons odoꝝ. fons dulcoꝝ. fons a/
moꝝ ꝛ intim⁹ dilectōnis ām̄plex⁹, ꝛ tu rogas
me ꝛ ego fugio. de me es sollicit⁹. de te ñ cu
ro. mihi sp̄ fuis. ꝛ ego te sp̄ offendo. te mihi
tribuis. ꝛ ego te ꝓtēno, me ℊ vanitatē ꝛ nihil
diligꝫ. ꝛ te infinitū ꝛ ienarrabile bonū sper
no, fetorē. horrorē. mortalē dolorē tibi o be
atissime benignissime amātissime sponse p̄
pono. pl⁹ me allicit creat̄a q̄s creator. vani/
tas q̄s et̄nitas. detestabilissima miseria q̄s
sūma felicitas, pl⁹ me inclinat sordes q̄s ele
uet pulchritudo. fuit⁹ q̄s magnitudo. ama
ritudo q̄s dulcedo. Hā meliora sunt vulne
ra diligēt̄s q̄s fraudulēta oscula inimici. ꝛ tñ
pl⁹ approbo hoc affectu fraudulēta oscula
q̄s vulnera diligēt̄s. Sed ne remiscar̄s dñe
delicta mea vl⁹ parētū meoꝝ sz pietatis tue
viscera ꝛ dolorē tuoꝝ vulneꝝ, nō q̄ ego sed
q̄ tu ꝙ me sustinuisti ꝙsidera. si me vt oñdis
diligꝫ, cur me relinq̄s. cur fatigari ꝑmittis.
De ℊ amātissime tene tūore. restrige amo/
re. q̄eta dulcore dulcissime spōse neḡo. ne/
scio. tibi volo fuire. tibi adherere toto cor/
de. īmovix picula amare. ℔ opari i me tu po
tes. tu scis. tu vis ꝛ a me exigis. Quid ℊ de/
ficiā i bñplacito meo l⁹ tu i tuo. Obsecro vt
nō ꝑualeat hō sz ōs, nolo i hac ꝓprietate de/
ficere. ñ succūbere. sz succurre festināt. vinē
do luxurioſe. ꝛ me nīs ꝛ tuas creat̄as lasci/
ue amādo. torā meā subam dissipaui, nunc
recognoscēti miseriā ꝛ penuriā meā. fame/
lico appetitu ad paterne miscōie viscera re/
deunti me oculis tue pietatis agnosce. ꝛ di

gnare me ra dñs tue gr̃e letabũdis occur/
rere. z cũ amplexib⁹ pacis z q̃etis largiaris
oscula. Et recognosco q̄ in celũ z in totam
curiã celestem z ecclesiã romanã. imo ĩ om/
nem creaturã tuam. et coram te. te contem/
pto peccaui, et malum coram te feci. z certe
nõ sum dign⁹ vocari filius tuus. nec mer/
cennarius. etiã seruus. aut aliqua vilissima
creatura, sed miserere mei et dele iniquita/
tem meã. vt iustificeris in ꝓmonibus tuis z
vincas cũ iudicaris, q̄ dicũt anie mee non
est salus ipi in deo ei⁹. Obsecro iube vt de
tur mihi caritaꝫ stola. fidei feruẽtis annu/
lus, in calciamẽtis z eleuãtis z ꝓfirmantis
spei ꝓtegãtur pedes. vt sic ebrius tuo san/
guine tot⁹ in te resoluar amore. Intret do/
lor tuus intima mea. z omnẽ amorẽ expiet
alienã, sed tecũ crucifixus mũdo. vt sic mor
tuus. vita mea sit tecũ abscõdita in deo. O
vita mea. vita felix. que abscõdita est ipi mũ
do. et satiata ipi christo. in deo centro suo q̃/
eratur, vnũ est mihi necessariũ. z solũ vnuz
quero. Abscedat ergo fantasmarũ multitu
do, vnus est dilect⁹ meus. vn⁹ est amor me
us iesus christ⁹. de⁹ meus. sponsus meus.
Nihil ergo sapiat. nihil delectet. nihil allici
at nisi iesus christ⁹. totus sit me⁹. totus sim
suus. et fiat cor meũ vnũ cũ ipo. nihil me iu
dicans scire. vel amare vel affectare, nisi do
minũ iesum christũ z hũc crucifixuz. Ergo
bone iesu recollige me visceribꝫ. refice vbe/
ribus. et inebria vulneribꝫ. Euigila g̃ ania
mea ad viscera cõpassionũ. quibꝫ plorauit i
infantia sup hierusalẽ. sup lazarũ et in cru/
ce. imo in illis sup te. z regrediat fluuius de
loco voluptatis. ad rigãdũ paradisum qui
est in q̃tuor capita diuisus. Si em̃ egredi
ebat fluuius lachrymaꝝ de loco voluptaꝫ
z omniũ deliciaꝝ, quãto magis debet egre
di de loco omniũ spurciciaꝝ. Ergo bone ie
su summis delicijs plenus. plorasti, euigila
etiã ania mea ad verba instructionũ. exhor
tationũ z pmissionũ. q̃ de verbo vite eter/
ne habes. Euigila ad exprobratões. vulne
ra. illusiones z occisiões. ad dolores passio
nis z cõpassionis. Attẽdite inq̃t et videte si
est dolor sicut dolor me⁹. imo dñe accedaz
z videbo si est amor sicut amor tuus. Et iõ
nihil nisi te ꝓpter te volo amare. Tu domie
me iniquũ pessimũ z ꝓpẽptorẽ tuũ vilissimũ
fetorẽ stercorũ. z horrorẽ vermiũ amasti tã/
tũ vt tanta p me dignaref pati z sustinere.
Et ego te infinitum bonũ pr̃em pũssimũ.
sponsum dulcissimũ oĩs pulchritudinis z
suauitatis fontale ꝓncipiũ. nõ tm̃ diligam
vt saltẽ moriar p te. p te mũdo. imo moriar
z mihi vt totus tecũ affixus ligno. nihil sen
tiam nisi te. vt viuã iam nõ ego. viuit aũt in
me christus. Quid g̃ retribuã dño, p oĩbus
q̃ retribuit mihi. Calicẽ sa. ac. z no. do. iuo.
Sic g̃ calix ꝓtinuus in corpe saltẽ supha/
bundãtis gr̃e radicet in corde. melos diui/
ne laudis diffundat, q̃re cõtinue ac indefi/
nenter in ore laudabo deũ meũ ĩ vita mea,
psallã deo meo q̃diu fuero. Jocũduz sit ei
eloquiũ meũ. ego vero delectabor in dño.
leuabo z oñdã ei facie mẽtis, z in auribꝫ ab
ore meo resonabit ĩmẽsa gr̃aꝝactio et ma/
gnificẽtie sue laudis. Recedãt g̃ de cetero
oĩa vetera de ore meo z de aĩa mea. q̃ deus
scientiarum dñs est. z ipi prepantur cogi/
tatiões z voces. Arcũ fortiũ supabo z indu
ar ꝑtute exalto. Gaudens gaudebo in do/
mino solũ. z implebit cor meũ iubilo, z om/
nia ossa mea exultabũt in deo meo. q̃ torũ
me offerã saluatori meo. Quiescet cor meũ
in dulcedine bonitaꝫ ĩmẽse. Laudabo ex/
cellentiã gl̃ie sũme, z seq̃r vestigia passionis
acerbe. corp⁹ ꝓculcet. cor eleuet. Laude ꝓ
repleat os meũ. vt die ac nocte dei mei ma
gnitudine tãte vite irremissibilit̃ quiescãt.
Abscedat vanitas. accedat diuinitas. trãs/
formet caritas. z fiam tot⁹ diuinus, aperiat
cor meũ. apinant vulnera, iũganf intima et
fiant vnũ cũ christo. Amen.

Vnum necessarium

ARripe illã z exaltabit te. z glorificabe/
ris ab ea cũ illã fueris amplexat⁹. Da
bit capiti tuo augmenta gr̃aꝝ. z coronam in/
clita proteget te. Prouerbiorũ. iiij.

Gloria in excelsis

Gloria in excelsis deo z gr̃aꝝactio et vox laudis. q̃
nunc p ꝓphetica mysteria. nunc p
oracula de celis lapsa. nunc p lectionẽ cuã/
gelicã. nunc p apostolicã tubã multiphariẽ
multisq; modis ad honorẽ ꝑginis matris re
gine celoꝝ ac angeloꝝ sinceriss̃ime nos in/
uitat ac incitat. vt p ipius sctã merita omni
acceptione dignissima. ex infernoꝝ claustrꝫ
arreptos. ãgelice militie nos ascribat. Ũ
licet Salomon ꝑba ꝑdicta de sapia prule
rit. spũs tm̃ sctus illa ad virginẽ ꝓcellentem

mariã intellectu mystico reflectit. In quo verbo vos amice charissime ad ipi⁹ amorẽ est alliciens. vestrũq; cor ad ipius amplexũ varijs pmissionib⁹ attrahens z demulcẽs. Assignat aũt vobis assecutura q̃ttuor dona mirifica. si tã preclara puella nexu spũali vobis fuerit iuncta z brachijs desideri orũ feruentiũ a vobis cũ magna reuerẽtia z deuotione amplexata. Primo affert vobis exaltationẽ. ibi. z exaltabit te. Scõo glorificationẽ. ibi. z glorificaberis ab ea. Tercio grãz habundãtiã. ibi Dabit capiti tuo augmenta grãrũ. Quarto viriditatẽ ppetue immarcessibilẽ coronã. ibi. Corona inclita ꝓteget te. Unde rogo carissimez desiderãtissime ne tã nobilẽ z speciosissimã ꝟginem repellatis. ne tã admirandã reuerẽdissimã reginã virginẽ mariã vilependatis. Ne si a vobis ꝓtemptã se viderit (non dico tantis fraudemini. verũ qõ absit) mala ppetua incurratis. Quapropter ad obsequẽdũ ei sinũ mentis extendatẽ ad laudandũ z glorificandũ eã cor ꝓparate. linguã laxate accelerate famulatu illi placere festinate Cõstat em̃ q̃ ex ipius accessu remanebitẽ deuotior. ex ipi⁹ tactu mũdior. ex ipi⁹ amplexu virtute z grã pfusior z nitidior. Et vt tãtor bonorũ vobis aliquã occasionẽ ꝓferã mitto vobis ipi⁹ virginis sacratissime psalteriuz ex scintillula mee paucule intelligẽtie grãz aduersis ꝓcõnjs eã extolletis. Aũc ipi⁹ virginitatẽ z castimoniã. Aunc ei⁹ fecunditatẽ z sanctimoniã. Aunc ei⁹ largitatẽ siue clemẽtiã. Ibi efferetis eã velut plenã omi grã. velut repletã omi scientia. velut illustratã omi sapia z intelligẽtia. Ibi benedicetẽ fructuz ventris gliosi. mẽbra corpis sctĩ. et ꝓgatiuas anie omi sctitate pollẽtes. Ibi ad ipius laudẽ inuocabitẽ choros angelorũ et sctorũ nationes boim. insulas gentiũ. celũ z pulchritudinẽ luminariũ. ac totũ orbem terrarũ. Ibi eã rogabitis vt destruat vires spũaliũ hostiũ. vt vobis impetret veniam peccaminũ. vt vobis reddat placabilẽ terribilem iudicẽ. z vt vestrũ finẽ sua illustret presentia vobisq; obtineat gaudia sine fine mãsura. Igit̃ o charissime hoc tantillũ munusculũ ꝓmũ vobis oblatũ gratanter suscipite. fructũq; et eo ꝓferre satagite. z in eo matrẽ dei frequẽti⁹ collaudate. si forte pijssima sup vos suũ cõuertat amabilez vultũ. ad suũ amorẽ vos recipiens. vestraz aniam in pñti recreans z reficiẽs. z in futura gloria coronã de lapide ꝑcioso vestro capiti supponens.

¶ Incipit psalteriũ beate ꝟginis cõpilatũ ꝑ seraphicũ doctorẽ sctm̃ Bonauenturaz episcopũ Albanẽsem. necnõ sctẽ Romane ecclie pb̃yterũ cardinalẽ. in honorẽ genitricis dñi nr̃i iesu christi tot⁹ humani generis saluatoris.

Beatus vir qui diligit nomẽ tuũ maria ꝟgo. gr̃a tua aniam ei⁹ ꝓfortabit. Tãq; aq̃rũ fontib⁹ irrigatũ vber. i eo fructũ iusticie ꝓpagab. Bñdicta tu int̃ mulieres. ꝑ credulitatẽ cordis sctĩ tui. Uniuersas em̃ femias vinces pulchritudine carnis. supas angelos z archangelos excellentia sctitatis. Discõia tua z gr̃a vbiq; p̃dicab. de⁹ opib⁹ manuũ tuarũ benedixit. Gloria patri et filio.

Quare fremuerũt inimici nr̃i. z aduersum nos meditati sunt inania. Protegat nos dextera tua mr̃ dei. vt acies tribil ꝓfundẽs z destruẽs eos. Uenite ad eã q̃ laborat z tribulati estis. z dabit refrigeriũ aiabus vr̃is. Accedite ad eã in tentatiõib⁹ vestris. z stabiliet vos serenitas vultus eius. Bñdicite illã in toto cordevno. mia em̃ illi

Domina q̃d. Quis plena ẽ terra. Gl̃ia. multiplicati sunt q̃ tribulãt me. in tempestate tua pseqũr z dissipabis eos. Dissolue colligatiões impietatis nr̃e. tolle fasciculos pctõr nr̃or. Miserere mei dña z sana infirmitatẽ meã. tolle dolorẽ z angustiã cordis mei. Ne tradas me mãib⁹ iimicor meor z in die mortis mee ꝓforta aiaz meã. Deduc me ad portũ salutis. z spm̃ meũ redde factori z creatori meo. Gl̃ia patri.

Quam inuocarẽ exaudiuisti me dña. et e sublimi solio tuo mei dignata es recordari. Arugiẽtib⁹ ꝓparatis ad escã. z de manibus q̃rentiũ me liberabit gr̃a tua. Quã benigna est mia z pietas tua. in omes q̃ inuocãt nomẽ sctm̃ tuũ. Bñdicta sis dña in eternũ. z maiestas tua in sct'm. Glorificate eam omes gentes in ꝟtute vr̃a. z cũcti ꝓpli terre extollite magnificentiã eius. Gl̃ia.

Uerba mea auribus ꝑcipe domia. z neglige quertas a me speciositatem vultus tui.

Conuerte luctū nostrū in gaudiū. z tribulationē nostrā in iubilationē. Corruāt ante pedes nros inimici nri. virtute tua eoꝝ capita conterank. Benedicat te oīs lingua. et nomen sctm tuum confiteak omis caro. Spiritꝰ em tuus sup mel dulcis. z bereditas sup mel et fauum.

Domina ne in furore dei sinas corripi me. neqꝫ in ira eiꝰ iudicari. Propk̄ honorez nois tui dña. ꝓpiek̄ nob fructꝰ gl̄iosi ventrꝫ tui. De porta inferi z ō vētre abyssi. tuis sctis p̄ciby libera nos. Apiank̄ nob ianue sempiterne. vt enarremꝰ ineꝛnū mirabilia tua. Quia nō mortui neqꝫ q̄ in iferno sunt laudabūt te dña. sed q̄ tua gr̄a vitā ek̄

Domina mea in te Cnā obtinebunt. speraui. de inimicꝫ meis liba me dña. Cōclude ora leonis z dentes eiꝰ. z labia psequētiū ꝓstringe. Nō morerꝫ ꝓpter nomen tuū. facere nob mīam tuā. Splendorꝰ vultꝰ tui fulgeat sup nos. vt kuek̄ ꝓscia nr̄a apud altissimū. Si pseqtur inimicꝰ aīam meaꝫ. dña adiutorio tuo ꝓforter. ne vibret gladi

Domina. dñs nr̄ fa (um suū ꝓtra me. ctus ē frat nr̄. z saluator nr̄. Ut ignis i rubo z ros in vellere. descēdit in te eternuꝫ ꝑbū dei. Spūsctō fecundāte. obūbrauit tibi virtꝰ altissimi. Bñdictꝰ sit mūdissimꝰ cōceptꝰ tuus. bñdictꝰ sit partꝰ tuus ꝰgineus Bñdicta sit mūdicia carnis tue. bñdicta sit dulcedo miscōie cordis tui. Gloria.

Confiteboꝛ tibi dña in toto corde meo z narrabo in pl̄is laudē z gloriā tuā. Tibi em debek̄ gl̄ia. z grāꝫactio z vox laudis. Inueniēt grām pctōres apud deū. per te inuētricem gr̄e z salutꝫ. Respirēt ad indulgentiā būiles penitētes. sana ꝓtritiōes cordis eoꝝ. In pulchritudie pacꝫ z requie opulenta. cibab nos post laborē pegrinati

Ad dña ꝓfido ꝓpter Conis nr̄e. Gl̄ia. dulcedinē. mīe nois sui. Oculi eius in paupem respiciūt. z manꝰ eiꝰ ad pupillū z vidua sunt extente. Exq̄rite illā a iuuentute vīa. z glorificabit vos añ faciē pl̄oꝝ. Misericordia illiꝰ nr̄oꝝ auferat multitudinez pctōꝝ. z fecūditatē nobis ꝓferat meritorū. Extēde ad nos brachiū tuuꝫ ꝰgo gl̄iosa. z ne auertas a nob gl̄iosuꝫ vultū tuū. Gl̄ia.

Saluum me fac mr̄ pulchre dilectiōis. fons clemētie z dulcoꝛ pietatꝫ. Gyruꝫ terre sola circuis. vt subue nias inuocātibꝫ te. Pulchreꝫ sunt vie tue. z semite tue pacifice. In te refulget species castitatꝫ. lumē iusticie z splēdoꝛ veritatꝫ. Amicta solari lumine sic vestimēto. duodeci stellaꝝ coꝛona rutilans radiāti.

Quisceris me. z nō liberas me in die tribulationis. Usqꝫq̄ exaltabik̄ inimicꝰ meus sup me. potētia ꝰtutꝫ tue cōtere ip̄m. Aperi oculos mīe tue. ne inimicꝰ nr̄ aduerꝰ nos ꝓualeat. Magnificamꝰ te gr̄e inuētricez. p quaꝫ secla reparank̄. Exaltata sup choros angeloꝝ. ante thronū dei oꝛa p nobis.

Dixit insipiēs aduersarius nr̄ in corde suo. pscr̄ z cōphendā z interficiet eū manꝰ mea. Exurge dña z ꝓuenī eū z supplanta eū. destrue oēs conatꝰ illiꝰ. Tuā pulchritudinē sol z luna mirank̄. tibi angelice potestates seruiūt z famulank̄. Tuo tactu lenissimo sanank̄ infirmi. tuo odore roseo mortui reuiuiscunt. Virgo dei genitrix quē totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Gloria patri.

Domina q̄s habitabit in tabernaculo dei. aut q̄s requescet cū senatoribꝫ ꝓpli. Paupes spū z mundi corde. mites pacifici atqꝫ lugentes. Recordare dña vt loq̄ris. p nobis bona. z indignationē filiꝰ tui auertat a nobis. Amplectamur marie vestigia peccatores. z eiꝰ beatꝫ pediby puoluamur. Teneam. eā fortiter nec dimittam. donec abeā meruerim. benedici. Gloria.

Conserua me dña. quoniā speraui i te. mihiqꝫ tue stillicidia gr̄e impartire. Aluus tuus ꝰginalis et viscera tua. filium dei altissimi genuerūt. Benedicta sint vbera tua. quiby lacte deifico saluatorē enutristi. Confitemini laudes ꝰgini gl̄iose. q̄cunq̄ apud eā grām z misericordiam inueniſtꝫ. Date magnificentiā nomini eiꝰ. et collaudate i seculū conceptū atqꝫ partū eius.

Exaudi dña iusticiā meā z amorē. amore a me tribulationē meā. Cōfitebor tibi in voce exultationis. cū magnificaberꝫ sup me misericordiam tuā. Imitamini eā sancte ꝰgines dei. vt imitate sunt agnes barbara dorothea et katheria. Honorificate eaꝫ in voce labiorū vestroꝝ. p boc eius grām agatha lucia margaretha z cecilia susceperūt. Sponsum dabit vobis p̄zis filium. et de paradisi liliꝫ coronam incōparabiliter radiantem.

Obligā te dña celi z terre. z in gētibꝫ nomē tuū inuocabo. Cōfitemini illi tri

bulati corde. et roborabit vos ꝫ inimicos vros. Stilla nob dña gram vbez tuoz. ex manãte lacte dulcedis tue refice viscera pu eoz tuoz. Religiosi oes honorate illã. qa ipa ẽ adiutrix z via special' aduocata. Esto refrigeriũ nr̃m gl'iosa mr̃ xpi. qz tu es toti⁹ religionis mirabile firmamentũ. Gl'ia.

QEli enarrãt gl'iam tuã. zvngẽtoz tuorũ fragrãtia in gẽtib⁹ ẽ dispsa. Respira te ad illã pditi pctõres. z pducet vos ad indulgẽtie portũ. In hymnis z psalmis z cãticis pulsate viscera ei⁹. z stillabit vob graz dulcedinis sue. Glorificate eã iusti añ thzonũ dei. qz fructu ventriz ei⁹ estz iusticiã opati Laudate eã celi celoz. z nomẽ ei⁹ glorificet

EXaudias nos dña (ois terra. Gl'ia. i die tribulatõis. z pcib⁹ nr̃is cõuerte clemẽtẽ faciẽ tuã. Ne pñcias nos i tpe mortis nostre. sed succurre anie cum deserue/rit corpus suum. Mitte angelũ in occursuz ei⁹. p quẽ ab hostib⁹ defendat. Ostende ei sereníssimũ iudicẽ scl'oz. q̃ ob tui graz vemiã ei largiat. Sentiat in penis refrigeriũ tuũ. z pcede ei locũ inter electos dei.

DOmina in fortitudine tua letabit cor nostz. tuo dulcedie nois tui ꝫsolabit aĩa nr̃a. De sedib⁹ mitte nob sapiam. p quã in oi veritate dulciꝫ illustremur. A carnalib⁹ desiderijs ꝫcede gram abstinẽdi. vt lumen gre in nr̃is cordib⁹ oriat. Me dulcia diligẽtib⁹ te eloq̃a tua dña. q̃ suauia sunt tuaz stillicidia graz. Gl'iam z honorẽ psallaz tibi. et in noie tuo gloriabor in seculũ. Gl'ia.

DEus de⁹ me⁹. respiciat in me meritis tuis ꝓgo sp maria. Dña mea clamaui ad te p diẽ z nocte. z feciſti cũ fuo tuo miaz tuã. Quia ego spaui in mia tua. sempiternuz a me obprobriuz abstuliſti. Deriserunt me inimici mei vndiq̃. tu aũt sub vmbra man⁹ tue ꝫtuliſti mihi refrigeriũ bonũ. Adorent te familie gẽtiũ. z glorificẽt te oẽs ordines

DOmin⁹ regit me ꝓgo dei (angeloz. genitrix. qz tu amabilẽ vultũ ei⁹ ad me ꝫuertiſti. Bñdicti sũt oculi tui splẽdidiſſimi. qs digneris misericordit ꝫuertere sup nos pctõres. Bñdictũ sit lumẽ z splẽdor facies tue. bñdicta sit gra vultus tui. Bñdicta sit mia manuũ tuarũ. bñdicta sit emanatio ꝓginei lateriz tui. Bñdicãt te apli tui. et ꝓphe dei martyres ꝫfessores z ꝫgies psallãt tibi.

DOmini ẽ tra z plenitudo ei⁹. tu autem ictissima mr̃ cũ eo regnas ineternuz. Gl'iam z decorẽ induiſti. ois lapis pciosus amict⁹ z opimẽtũ tuũ. Splẽdor solis sup caput tuũ. lunaris pulchritudo sub pedibus tuis. Sidera micãtia ornant sedile tuum. astra te glorificãt iugit̃ matutina. Memẽto nr̃i dña i bñplacito tuo. z fac nos dignos glorificãdi nomẽ tuũ. Gloria pri.

HDte dña leuaui aiam meã. in iudicio dei tuis pcib⁹ nõ erubescaz. Neq̃ illudãt mihi aduersarij mei. etenim psumẽtes de te roborabunt. Nõ pualeãt aduersuz me laqui mortis. z castra malignãtiũ nõ impediant gressus meos. Collide impetũ eorũ in fortitudine tua. z cũ mãsuetudie occurre anime mee Ductrix mea esto ad patriã. z me cetui angelorũ digneris aggregare.

IUdica me dña qm̃ ab innocẽtia mea digressus sũ. sed qz spaui in te nõ infirmabor. Ure coz meũ igne amoris tui. et cingulo castitatis restringe renes meos. Qm̃ mia tua z clemẽtia t. añ oc'os meos. z delectat⁹ sum in voce laudis tue. Dña dilexi decorẽ faciei tue. z venerat⁹ sum sanctã maiestatẽ tuã. Cõfitemini nomi ei⁹ qm̃ scm̃ est. enarrãt in scis mirabilia ei⁹. ℂ Nocturn⁹.

DOmia illũstatio mea sit splẽdor facies dei tue. z serenitas gre tue refulgeat mẽti mee. Exalta caput meũ et ego psallã. psalmũ noi tuo decãtabo. Ne auertas faciẽ tuã a me. qz spẽm z decorẽ tuũ a iuuẽtute mea ꝫcupiui. Te amani z exq̃siui regina celoz. miam tuã z grãz tuã ne subtrahas a fuo tuo. Cõfitebor tibi i natõnib⁹. et

HDte dña (thzonũ gle tue hõrificabo clamabo z exaudies me. i voce laudis tue letificabis me. Miserere mei in die angustie mee. z in luce veritatis tue libera me. Benedicta sis o domina. in finib⁹ omnib⁹ orbis terre. Sanctuariuz quod firmauerunt manus tue. est sanctũ tẽplũ corpis tui Conscia tua mũda z imaculata est. loc⁹ ppiciationis z habitaculũ sctm̃ dei. Gl'ia.

HFferte dñe nostre filij dei. afferte dñe nr̃e laudẽ z reuerẽtiaz. Da fortitudinẽ sctis tuis mr̃ scã. z bñdictõnẽ laudãtib⁹ atq̃ glorificantib⁹ te. Exaudi gemit⁹ suspirãtiũ ad te. z ne spernas vota inuocãtiũ nomẽ tuuz. Sit man⁹ tua ad succurrẽdũ mihi parata. z aurz tua intẽdẽs ad depcationẽ meã. Benedicãt tibi celi z tra. mare z orb traz. Gl'ia

EXaltabo te dña qm̃ suscepiſti me. ab inimicq̃ aduersario liberabis me. Cõuer

tere ad me ⁊ vinifica me. de portis mortis reduc me. ⁊ de fluctib⁹ tribulationū q̄ circū dederūt me. Propt impiū ⁊ magnificētiaz dextere tue. ꝓtere ⁊ dissipa oēs aduersarios meos. Et ego offerā tibi sacrificiū laudis. ⁊ gl'iam tuā deuot⁹ exaltabo. Exulta te celi ⁊ iocū dare terra. q⁹ cōsolat⁹ maria seruos suos ⁊ pauper suoꝝ miserebit.

IN te dña speraui nō confundar in eternū. in gr̄a tua suscipe me. Tu es fortitudo mea ⁊ refugiū meū. ꝙsolatio mea ⁊ ꝓtectio mea. Ad te dña clamaui dū tribularer cor meū. ⁊ exaudisti me de ꝑtice colliū et noꝝ. Educas me de laqo quē abscōderūt mihi. q̄m tu es adiutrix mea. In man⁹ tuas dña cōmēdo spm̄ meū. totā vitā meā ⁊ die vlti/

BEati q̄rū corda te dili/ (mū meum. gunt virgo maria. pctā ipoꝝ a te misericordiā diluent. Sctā casta ⁊ florigera vbera tua. q̄ florē viriditatis ꝑpetue eruperūt. Decor pulchritudinis tue corruptionē nō videbit. ⁊ vult⁹ tui gr̄a in ꝑpetuū nō marcescet. Bñdicta tu virga iesse sublimis. que te vsq; ad sedētē in throno dilatasti. O virgo regina ipa es via. p quā nos salus de supernis sedib⁹ visitauit. Gl'ia patri.

EXultate iusti in dño gine maria. ⁊ in rectitudine cordis collaudate eā. Accedite ad eā cū reuerētia ⁊ deuotiōe. ⁊ delectet cor vr̄m in salutatiōe ei⁹. Impendite illi sacrificiū laudis. ⁊ inebriamini ab vberib⁹ dulcor⁹ illius. Influit em̄ vobis radios sue pietatis. et clarificabit vos fulgoribus misericordie sue. Suauissim⁹ est fruct⁹ illi⁹. in ore et in corde sapientis dulcescit.

BEnedicā dñam in oī tpe. ⁊ nō deficiet laus eius in ore meo. Magnificate eā mecū. oēs q̄ impinguati est⁹ melle ⁊ lacte recreatiōis ei⁹. In piculis in reb⁹ dubijs inuocate eā. ⁊ in necessitatib⁹ inueniet⁹ auxilium ⁊ refrigeriū dulce. Sumite exemplū ꝓuersationis ei⁹. ⁊ emulamini studia caritatis ⁊ humilitat⁹ illi⁹. Quia ergo dña humilima fuisti. verbū increatū ex te carnē suscipere coegisti.

IUdica dña nocētes me ⁊ ꝯbatentes me. expugna eos. ⁊ vindica cām meā. Aīa mea i te letabit. ⁊ tuis bñficijs deuot⁹ exultabo. Gr̄a ⁊ dulcedine tua pleni sūt celi ⁊ tra. vnde q̄ tuis bñficijs irretisti nos sp. Quocūq; em̄ ꝓgim⁹. occurrit nobis diffusio tui ꝓueri virginal'. Curram⁹ q̄ charissimi ⁊ ita nobilē et dulcifluā virginē salutem⁹. vt in sue dulcedinis gremio quiescamus.

OPrit iniust⁹ vt peccet in abscondito. p se a malo ꝓposito discedat m̄ dei. Inclina vultū dei sup nos. coge illū pctoribus misereri. Dña in celo mia tua. ⁊ gr̄a tua diffusa est sup terrā. Potētia et ꝓtus in brachio tuo. robur ⁊ fortitudo in dextra tua. Benedictū sit impiū tuuz sup celos. benedicta sit magnificentia tua sup terram.

¶ Scō vt ꝓfidētia te ꝓfortet. ꝓpter sponsi certitudinē. adeo vt vere possis dicere. In dño ꝓfido. Et illud. In te dñe speraui. Et illud Job. xiij. c. Etiā si occiderit me in ipo sperabo ¶ Tercio vt ꝓcupiscētia te iflāmet ꝓpter spōsi dulcedinē. adeo vt possis dicere Sicut ceruꝰ desiderat ad fontes aq̄rū. ita desi. aīa mea ad te deꝰ. Et illud Cant. viij. Fortis est vt mors dilectio. Et illud. Quia amore langueo. ¶ Quarto vt excedētia te eleuet. ꝓpter spōsi celsitudinē. adeo vt possis dicere cū ps. Q̄ dilecta tab. t. dñe ꝛ. Et illō Canti. j. Trahe me post te ꝛc. Et illō Job vij. Suspendiū elegit aīa mea. ¶ Quinto vt cōplacētia te ꝙgetet. ꝓpter spōsi pulchritudinē. adeo vt possis dicere illud spōse Canti. iij. Dilectꝰ meꝰ mihi. ꝛ ego illi. Et illō Cā ti. v. Dilectꝰ meꝰ candidꝰ ꝛ rubicūdꝰ. electꝰ ex milib. ¶ Sexto vt letitia te delectet ꝓpt spōsi plēitudinē. adeo vt possis dicere. Scōz multitudinē doloꝝ meoꝝ in cor. m. cōso. t. le. a. m. Et illud. Q̄ magna multitudo dul. tue dñe. Et illud. ij. Chorinth. vij. Replet⁹ sum ꝓsolatōe. supabūdo gaudio ꝛc. ¶ Septimo vt adherētia te ꝙglutinet. ꝓpt amoꝛ sponsi fortitudinē. adeo vt possis dicere illud pīs. Mihi aūt adherere deo bonū est. Et illud pauli. Quis nos sepabit a carita te christi. ¶ In his em̄ ḡdib⁹ ordo ē. nec status ē añ vltimū. nec ad illū pueniꝝ nisi p ḡdus int̄medios. ꝛ mutuo se pariūt. Et in ꝓmo viget ꝓsideratio. i ceteꝛ ꝙ seq̄ntib⁹ dominaꝝ affectio. Vigilātia ei ꝓsiderat q̄s honestū q̄s ꝓferēs q̄s delectabile sit diligere deum. Et et ꝫ q̄si nata ꝓfidētia parit cōcupiscentiā. ꝛ illa excedentiaz. q̄sq̄ pueniaꝝ ad copulā. ꝛ oscula ꝛ amplexū dilecti ꝛ amantissimi. ¶ Gradus ptinētes ad purgatiōnē sic distinguunt.

Dicunt aūt dicti ḡdꝰ aliꝝ distingui. ꝛ q̄si in idē redeūt. vt ꝓmo distiguātur gradus purgationū sic.

Flagicium erubesce.
Judiciū cotremisce.
Damnū ingemisce.

Propꝫ Remediū implora subsidiū.
Aduersariū extingue incēdiū.
Brauiū anbela ad martyriū.
Umbraculū a ꝓxima ad xp̄m.

Gradus ptinentes ad illuminationē sic distinguuntur.

Nota.

Quis patiꝫ. ꝛ credens captiuare.
Qualis q̄ patiꝫ. ꝛ cōdolens amaricare.
Quantꝰ q̄ patiꝫ. ꝛ stupens admirare.
Qua de causa patiꝫ. ꝛ ꝓfidens ꝑcare.
Quali forma patiꝫ. ꝛ sequēs assimilare.
Quāta q̄ patiꝫ. ꝛ ardens ampletare.
Quid ad hoc consequiꝫ q̄ patiꝫ. ꝛ intelligens contemplare.

Gradus vie vnitiue sic distinguunꝫ

Vigilantia sollicitet. ꝓpter sponsi pm/ (tudinē.
ptitudinem.
Confidētia corroboret. ꝓpter eiꝰ certi
Cōcupia inflāmet. ꝓpt eiꝰ dulcedinez.
Te Excedentia eleuet. ꝓpter eius celsitu/ (chritudinē.
dinem.
Complacentia alliciat. ꝓpter eius pul/
Letitia inebriet. ꝓpter amoꝛ eius ple (titudinē.
nitudinem.
Adherentia cōglutinet. ꝓpter eius fo

Ut dicat ꝙ deuota aīa i corde ꝛ ore suo.

Te quero
In te spero
Te desidero
Ad dñm In te ꝓsurgo
Te accepto
In te exulto
Tibi finaliter adhereo

¶ Nota q̄ gradꝰ ꝓficiēdi p̄nt etiā aliter distingui fm triplicē differētiā triplicatā triplici hierarchie ꝓsonā. Nā cuilibet ꝓficere volenti necessaria sunt tria. scz.

Amaritudo
Gratitudo
Similitudo

Et ꝫ ꝓlapsū. Sicut ꝫ nō peccasset. duo sufficerēt. s. ḡtitudo ꝛ silitudo. Gratitudo vicz ꝓpter gr̄az. silitudo ꝙ ꝓpter iusticiā Sz nūc etiaz necessaria est amaritudo ꝓpt medicinā. Pctā em̄ p delectationē ꝑpetrata. nō p̄nt purgari aliq̄ mō aut deleri. nisi/ cōtrario p afflictionē ꝛ amaritudinē.

¶ In ipa aūt amaritudine debet.

Ponderatio maloꝝ cōmissoꝝ. ꝓpter ꝓprias nequicias.
Esse Perpessio doloꝝ. ꝓpt xpi āgustias.
Postulatio remedioꝝ. ꝓpter primi miserias.

¶ In gratitudine aūt silī modo debet

Admiratio bñficioꝝ. ꝓpt creatiōez de nihilo (onē de pcō.
Esse Accumulatio meritoꝝ. ꝓpt reparaAccio gr̄aꝝ. ꝓpt ereptōnē de iferno

Fuit em̄ Creatio ad imaginem.
Redēptio p ꝓpriū sanguinē
Ereptio vsq; ad celi altitudinē

¶ In silitudine etiā pari modo dz esse.
Aspectus veritat; eleuat⁹ ad supioza.
Affect⁹ charitat; dilatat⁹ ad exterioza.
Act⁹ virilitat; ordinat⁹ ad interioza.

Eleuatio ad supioza debet diligenē fieri p aspectū veritatis. z hoc.

Per Contēplationē dei. intelligentia
Circūspectionē vniuersoꝝ. scientia
Captuatōz iudicioꝝ. fide formata

Itē dilatatio seu extēsio circa exterioza dz fieri diligenē p affectū charitat;. z hoc.

p Appetitū deliciarū celestiū. sapiētia
Amplexum rōnabiliū. amicicia.
Contemptū voluptatū carnaliū. modestia.

Itē ordinatio sine exercitatio circa interioza dz fieri diligenē p actū virilitatis. z hoc

p Aggressum difficiliū. strēnuitate.
Actū laudabiliū. magnanimitate.
Amplexū humiliū. humilitate.

¶ Purgatio aūt in amaritudine.
Cōtritio respectu sui. dz esse dolorosa p tristiciā. ꝓpter mala p̄mētia teip̄m. christū. z primū.
Cōpassio respectu christi. dz esse timorosa p reuerētiā. ꝓpter iudicia
In q̄ est latētia. z tm̄ vera licet incerta. sicut tempus dies z hora.
Cōmiseratio respectu primi. dz esse clamorosa p ꝓfidentiā. ꝓpter patrocinia sp̄ parata p deuz. p christū. z p suffragia sanctoꝝ.

¶ Illuminatio in silitudine in q̄ est aspectus veritatis p̄me. qui debet
Esse Erectus ad incōprehensibilia.
Extentus ad intelligibilia.
Extinanitus ad credibilia.

In q̄ etiā est affect⁹ charitatis qui debet.
Esse Erectus ad deum.
Extentus ad primū.
Extinanitus ad mundū.

In q̄ etiā est act⁹ virilitatis. qui debet
Esse Erectus ad cōmendabilia.
Extent⁹ ad cōmunicabilia.
Extinanit⁹ ad ꝓtemptibilia.

Equit pfectio in gratitudine. in q̄ est Vigilantia exurgēs ad canticū. ꝓpter beneficioꝝ vtilitatez. Leticia exultans ad iubilū. ꝓpter donoꝝ p̄ciositatē Beniuolentia accendens ad amplexū. propter dantis liberalitatē.

¶ Nota q⁹ aspect⁹ veritat; debet esse erect⁹ ad incomprehensibilia. z hec sunt mysteria summe trinitat;. ad q̄ erigimur ꝓtemplando ea. z hoc dupliciter. Uel p positionē. vel p ablationez. ꝓmū ponit Augustin⁹. scōm Dionisi⁹. ¶ Per positionē p̄mo intelligim⁹ in diuinis esse quedā vt cōmunia. q̄daz vt ꝓpria. quedā vt appropriata. quedā sunt media inter hec z illa. ¶ Intellige g̃ z ꝓtēplare si potes circa deū cōmunia. z vide q̄niaz de⁹ est Essentia p̄ma. Natura pfecta. Uita beata. Que necessariā habēt ꝓsequētiam.

¶ Iterū intende z vide si potes. qm̄ de⁹ est Eternitas p̄sens. Simplicitas replens. Stabilitas mouēs. Que silr ꝓsequentiaz habēt z cōnexionē naturalē. ¶ Postremo attende z vide qm̄ de⁹ est Lux inaccessibil. Mens inuariabilis. Pax incōprehensibilis. Que nō tm̄ essentie vnitatē. sed etiā includūt pfectissimā trinitatē. ¶ Lux quidez tanq̄ parens generat splendorē. lux autē z splendor pducunt calorē. ita q⁹ calor procedit ab vtroq; licet nō p modū plis. Si ergo de⁹ vere lux est inaccessibil. vbi splēdor z calor est substātia. ibi hypostasis vere i ꝺo est pater z fili⁹ z sp̄ūsanctus. Que sunt ꝓpria diuinarū psonaꝝ. ¶ Mens etiā tanq̄ p̄ncipiū cōcipit z pducit a se verbū. a q̄o emanat amoris donū. Et hoc in oīi mēte pfecta est repire. Si g̃ de⁹ est mens inuariabilis. planū est in deo esse p̄ncipiū p̄mū. verbū eternū. z donū pfectū. que sunt ꝓpria diuinarū psonarū. ¶ Pax etiā includit nexū plurimoꝝ. Perfecte autē necti nō possunt nisi siles. Similes aūt esse nō possunt. nisi ambo a tercio. vel vn⁹ ab altero. Sed in diuinis nō p̄nt ambo esse a tercio eodez modo. Necesse est g̃ q⁹ si in diuinis est vera pax q⁹ ibi sit p̄ma origo. eius imago. et vtriusq; cōnexio. ¶ Deinde in diuinis sunt appropriata fm triplicē differentiā. ¶ Prima appropriata sūt Unitas. Ueritas. Bonitas Attribuit vnitas p̄ri. q̄a origo. Ueritas filio. qz imago. Bonitas spirituisctō. q̄a connexio. ¶ Scōa appropriata sunt. potestas. sapiētia. voluntas. Attribuit ptās p̄ri. quia est principiū. Sapiētia filio. qz est verbuz. Uoluntas sp̄ūisctō. qz est donū. ¶ Tercia appropriata sunt. altitudo. pulchritudo. dulcedo. Attribuit altitudo patri. ꝓpter vnita/

tez z potestatē. Nihil ēm aliud est altitudo q̄z singularz z vnica potestas. Pulchritudo filio ꝓpter veritatē z sapientiā. Nā sapiētia multitudinē idearū. veritas autē equalitatem includit. Pulchritudo autē nihil aliud est q̄z eq̄litas numerosa. Dulcedo spiritui sctō ꝓpter bonitatē et voluntatē. Ubi ei summa bonitas est iūcta cū voluntate. ibi est summa charitas z summa dulcedo.

¶ Est igit in deo Altitudo terribilis. z hic est stat⁹ erectionis. Pulchritudo mirabilis z hic est stat⁹ ꝓtemplatiōis. Dulcedo desiderabilis. z hic est stat⁹ glorificatiōis. ¶ Nec est igit erectio p viā affirmatōis. Sed alia est eminētior p viam negatiōis. Quoniā vt dicit Dionisi⁹. Affirmatiōes incōpacte sūt Negatiōes vero licet min⁹ videant dicere. plus tamē dicūt. Et hic mod⁹ erectiōis est per abnegationē triū. ita q̄ in negatiōibus illis sit ordo. incipiendo ab inferioribꝰ vsq̄ superiora. Est etiā supeminētis positiōis inclusio. Ut cū dicit. deus nō est q̄d sensibile sed supsensibile. nec imagiabile sed supimaginabile. nec intelligibile. sed supintelligibile. nec existēs hoc vel hoc. sed super oīe ens. Et tunc veritatz aspectus ferꝛ in mentis caliginē. z altius eleuatꝛ. z pfundꝰ egreditur. p eo q̄ excedit se et oīe creatum. Et hic est nobilissim⁹ eleuationis mod⁹. Sz tamē ad hoc q̄ sit pfect⁹. ꝓtigit aliuz. sicut pfectio illuminationem. z sicut negatio affirmationē. ¶ Hic autē modus ascendēdi tanto est vigorosior. quāto vis ascēdens est intimior. tanto fructuosior. quāto affectio primior. Et ideo vtile valde est in illa exerceri. Ut ergo in hac eleuatiōe veritatz aspectus se valeat exercere. nota q̄ in prima hierarchia veritas est aduocāda p gemitu z orationē. z hoc est angelorū. Audiēda p studium z deuotionē. z ꝫ est archangelorum. Annūciāda p exemplū z p̄dicationē. et ꝫ ē principatuū. ¶ In secūda hierarchia veritas est Adeunda p refugiū z cōmissionem. z hoc est potestatuz. Aprehendēda p zelū z emulationē. z ꝫ est virtutū. Associāda per sui ꝓtemptū z mortificationē. z hoc est dominationū. ¶ In tercia hierarchia ꝓitas est Adorāda p sacrificium et laudem. et ꝫ est thronorū. Admirāda p excessum z contemplationem. z hoc est cherubin. Amplexanda per osculum z dilectionem. z hoc est serapbin.

¶ Nota diligenter p̄dicta. quoniā in illis⁹ fons vite.

¶ Finit paruū bonū. vel regimē cōscientie scti Bonauēture q̄d vocat fons vite.

¶ Incipit plogus in tractatū scti Bonauenture doctoris seraphici de septē itineribus eternitatis.

Cum qui venit

Ad me nō ēiciā foras Joh. vi. Sanct⁹ Aug⁹. de cognitiōe vere vite dicit in ꝓncipio. Lumchrist⁹ veritas z vita dicat. Nec ē vita eterna vt cognoscāt te verū deū solū. Constat pfecto naturā rōnalē ad ꝫ solū esse factā vt factorē suū verū deū intelligat. intelligēdo diligat. diligēdo in eo q̄ est eterna vita eternaliter ꝓmaneat. z beate viuat. Et q̄ cōcludit dī. Diuinitatis ḡ essentiā rōnabilit⁹ inuestigare vt ē possibile. est ad vitā eternā festinare. Hanc ḡ negligēdo ignorare est vtq̄z ad mortē indeficientē dānabiliꝰ ꝓperare.

¶ In his ꝓbis oñdit beat⁹ Aug⁹. ꝓgenerāliter eternitatz esse duo maneria. Unū q̄d est vita eterna. Alterū q̄d est mors amarissima. Innuit etiā Augustinus. hic in his verbis istorū eternorū manerioꝝ duo itinera. q̄z ad primū ꝓuenitur p rationabilē inuestigationē cū amore. Ad scōm per damnabilez omissionē cū dolore. Dominus autem iesus christ⁹ (q̄ est via in q̄ imus. veritas ad quaz ꝓuenim⁹. vita in qua ꝓmanebim⁹) in ꝓbis ꝓpositis ostendit specialit⁹ z ꝓncipaliꝰ verū q̄z manerioꝝ z eorū itinera. Unū intrinsecū z quasi secretū z eternū in se. quia ipe est anime patria z habitatio. vt dicit in libro d̄ spiritu z ania. Aliud ostendit manerioꝝ extrinsecum z extra se. q̄d est eternū anie exilium in quo fm Mattheū est fletꝰ z stridor dentium. Itinera autē ad primū manerioꝝ intrinsecū dicit dominus esse fm multiplicem accessum ad se. Itinera vero ad scōm manerioꝝ z extrinsecū dicit fm multiplicē recessum a se. Unde Aug⁹. in libro soliloquiorum ꝓmo dicit. Deus est a q̄ auerti est cadere. i q̄ conuerti est surgere. in q̄ manere est cōsistere. De isto ergo intrinseco secreto z eterno q̄li manerio ꝓmo videndū est. postea de

tinerib⁹ quib⁹ accedit ad illud.
¶ Circa primū igit scz circa intrinsecū secretum z eternale manerū sunt septē p ordinem notāda q̄ sunt necessaria ad dicendū cognitionē. ¶ Notandū est igit ꝓmo q̄d illud intrinsecū secretū in christo dicat. ¶ Secdo q̄liter in illo intrinseco secreto varie māsiões distinguunt. ¶ Tercio ꝑm q̄d homo ad illud intrinsecū secretū admittat. ¶ Quarto quib⁹ pedib⁹ spūs noster illud intrinsecū secretū ingrediat. ¶ Quinto q̄liter spiritꝰ noster in illo intrinseco multipliciter esse dicat. ¶ Sexto qualit⁹ spiritꝰ noster in illo intrinseco stabilit⁹ et ꝓpetuatur. ¶ Septimo que z q̄t sunt itinera p que ad illud intrinsecū quenit⁹ z intratur.

¶ Distinctio prima.

Primo notandum est q̄d sit illud intrinsecū secretū z eternale manerium in christo.

¶ De quo sciendū q̄ cū in christo sit duplex natura. humana z diuina. Diuina autē sit oīni creature maxime intrinseca. vt ait Augꝰ. z Hugo sup. vij. angelice hierarchie. Ideo intrinsecū illud in christo est diuina ꝑsona in humanitate eiꝰ abscōdita. ita q̄ christi hūanitas est via ad diuinitatē. Vñ August. exponēs illud Joh. xiiij. Ego sum via dicit. Verbū assumēs humanitatē factū est via. Ambula per hoiem si vis venire ad humanitatē. z puenies ad deū scz ꝑsonā verbi. in q̄ sunt absconditi oēs thesauri sapiētie z sciētie dei. Procul dubio si nō esset aliq̄s intrinsecū in christo secretū ad q̄d intrandū inuitaret nos. nō diuisset Jobis. x. Ego sum ianꝫ ostium rē. vsq̄ inueniet. Ego sum ostiū sentiendi p corpale obiectū. Videte inquit manꝰ meas et pedes meos. q̄ ego ipe sum Luce. xxiiij. Ego sum ostiū intellectui p fidē reserandū. Vñ Isaie. vij. dicit. Nisi credideritis nō intelligetis. Ego sum ostiuz volūtati per charitatē apertū. Caritas nō vult scire meliꝰ. vij. angelice hierarchie. Amor siue charitas suo acumīe oīnia penetrat donec ad dilectū veniat. Per me ergo si q̄s introierit p fidē z charitatē ad meā intrinsecam z absconditā dīnitatē saluabit⁹. Quia siue ingrediat ad meā diuinitatē ꝓemptā siue ingrediat ad meā humanitatē ꝓemptandā pascua vtrobiq̄ inueniet eterne viriditatis z salutis. Et de pascuis hūanitatis intratur ad pascua diuinitatis. Qđ oñdit Hugo bene in plogo suo sup angel. hierar. vbi dicit sic. Propterea iesus carnē assumpsit z in eduliū nobis ꝓposuit. vt p cibum carnis inuitaret nos ad gustū diuinitatis. In his pascuis sponsa ꝓstituta dixit. Comedi favum cū melle meo. Canti. v. Favū sicut dicit Origenes est cera virginea loculis vel cellulis distincta q̄ sūt melle replete. Quid ergo aliud est. Comedi favū meū cuz melle meo nisi gustaui dulcissimā diuinitatē in cera virginee humanitatis absconditā cum ipō absconso. De isto intrinseco absconso Augꝰ. loquēs sup Johem q̄si admirando exclamat dī. O magnū penetrabile z secretū dulce. O secretū sine tedio. sine amaritudine malarū cogitationū. sine interpolatione tentationū z doloꝝ. Hoc est gaudiū de quo dicit saluator. Intra in gaudiū domini tui. Hec Augꝰ. Et sic ptz intrinsecū domini iesu christi.

¶ Distinctio secūda.

Secundo videndum est q̄liter in illo intrinseco christi varie māsiones vel maneria distinguunt. De q̄ notandū est q̄ p ostiū intrātes ad interioza domꝰ nō oēs eq̄liter locant. sed ꝑm maioza merita vel minoza ꝑsonaꝝ. Unꝺ Bern. ser. lv. Canti. dicit. Unaquēq̄ anīa deuota inueniet sibi secretū cū spōso. vt dicat illꝺ Isaie Secretū meū mihi. secretū meum mihi. qđ nō oīnib⁹ vno loco dat frui grata z secreta sponsi ꝑsentia. sed vt cuiq̄ paratū est a ꝑe. Nō em nos ipm elegimꝰ sed ipe nos elegit. z posuit nos. z vbi a deo vnusq̄sq̄ positus est. ibi est. Hec Bern. ¶ Vñ notandū q̄ q̄dam ex ingredientib⁹ intrinsecū secretū domini iesu recipiunt in domū scē cōpunctionis vt maria magdalena in domo simonis Luce. vij. In palaciū ꝺtinue meditationis. vt dauid q̄ dicit. Meditatio cordis mei in cōspectu tuo semp. In mēsam dulcis refectionis vt petrꝰ. q̄ dicit. Si tū gustasti q̄m dulcis est dñs. Pe. j. ca. ij. c. In cubiculū solitarie ꝺtemplationis vt Jobes q̄escēs in pectore dñi. Joh. xiij. In amplexꝰ amorose vnionis. vt sponso dicit. Canti. v. Leua eiꝰ sub capite meo. z dextra illiꝰ amplexabitur me. Spūs tū sponse tā oēs istas māsiones visitauerat. Sed Bern. ser. lv. aliter.

distinguit istas mansiones. di. Denicz vna mulier cõpuncta sec⁹ pedes dñi iesu sorti/ta est locũ hui⁹ secreti. sed altera sue deuoti/onis fructũ siue secretũ ad caput inuenit. si tamẽ altera. Petro Thomas in latere. Jo/hãnes in pectore. Petr⁹ in sinu patris. Pau/lus in tercio celo secreti hui⁹ gratiã sunt as/secuti. Et sequit. Prior mulier strauit sibi in tuto hũilitatis. Posterior in solido spei. Thomas in solido fidei. Johes in lato ca/ritatis. Paul⁹ in intimo sapiẽtie. Petr⁹ in veritatis luce. z sic a pud spõsum mansiões multe sunt. Hec sunt ẏba sancti Bernardi in euãgel'. Erãt appropinquãtes ad iesum. Et Hugo de scõ victore libro. ij. de clau/stro anie. c. lx. videt has mansiones distin/guere q̃si ad modũ distinctionis angelica/rũ mansionũ. Uñ sup primũ angelice hie/rarchie dicit Hugo. Scõm illã nãcz ꝓpor/tionẽ qua nũc dona gratiaz differentes pci/pimus merito. postea vt hic p mentis ꝓtem/plationẽ. vel illic p retributionẽ in numerũ .i. in mãsiones transiũt angelorũ. z etiã ẽm differentiã ꝓgressionũ z incremẽta illumi nationũ. z ẽm gradus spũaliũ ꝓfectuum in nobis differentes trãsiũt in numerũ angelo rũ. Et tã Grego. cz Hugo in. uij. libro. c. lx. hec exemplicãt dicentes. Oportet z in hac vita manẽtes ꝓformare se celestibz mansio nibz p aliquã imitationẽ q̃ volunt ascende/re ad illas. Uñ dicit vtercz. Sunt nõnulli q̃ parua capiũt. sed tñ illa pie fratribz nũcia re nõ desistunt. Illi itacz in numerũ .i. man siones angelorz currũt. Et sunt nonnulli q̃ diuia largitate refecti. secretorz celestiũ sũ/ma cape valent z nũciare. quo g̃ isti nisi int angelorũ mãsiones deputant. Et sunt aliꝫ q̃ mira faciũt signa valent opant. quo g̃ isti nisi ad supnarũ virtutũ sortẽ z mansionem cõgruũt. Et sunt nõnulli q̃ etiã de obsessis corpibz demones fugãt. z virtute oratiõis ejiciunt. itacz isti mansionẽ suã inter pote/states sortiunt. Et sunt nõnulli q̃ acceptis virtutibz electorz hominuz merita trãscen/dũt. ideo electis fratribz ꝓncipant. vbi g̃ isti nisi in mansionibz ꝓncipũ sortem accipiũt. Et sunt nõnulli q̃ sic in seipis cũctis vicijs z desideriꝫ dñant. vt ex vite mũdicia dñ in ter homies vocent. quo g̃ isti nisi int dñati ones currũt. Et sunt nõnulli q̃ dñ sibimet ipis vigiliter dñantur. et se discutiũt semp deo inherẽtes, ẽ in munere accipiũt vt re/cte alios iudicẽt in hiis velut in throno dei residens cũcta mirabiliter examinat et vi/spensat. quid g̃ isti nisi throni cõditoris sui sunt. z ad supernarũ sediũ mãsiones ascri/bunt. Et sunt nõnulli q̃ plenitudine scientie accipiunt vt cherubin iure nomient. qa di/lectione dei et primi pleni sunt. Hi sortem mãsionis sue inter cherubin ꝑcipiunt. Et sunt nõnulli q̃ superne ꝓtemplatiõis fac/bus accensi in solo conditoris sui desiderio anhelant. nihil iã in hoc mũdo sapiunt sed solo eternitatis amore pascunt. terrena q̃q abiciunt. cũcta tempalia mente transcen/dunt. amant z ardẽt atcz in suo ardore re/quiescũt. amãdo ardent. loquẽdo alios ac/cendunt. z q̃s loquẽdo tangũt ardere pti/nus in dei amore faciũt. quid g̃ istos nisi se raphin dixerim. z q̃ nisi inter seraphin mã/sionis sue sortem accipiũt. Sequitur. Ad/hos ergo vicos vt in eis sine fine ꝑmaneãt venient. qui modũ quẽ predixim⁹ in ẽ secu/lo ꝑ posse suo tenẽt. Hec ille. Et his cõcor/dat Hieronym⁹ q̃ dicit. Parate sunt in ce/lo diuerse mãsiones diuersis virtutibz. qa nõ ꝑsone acceptant sed opa tẽ.

¶ Distinctio tercia.

Tercio videndũ est ẽm quid homo in illud intrinsecũ z secretũ domini admittat z introducat vel intromit/tatur. ¶ Circa quod notandũ q̃ cũ in ho/mine sit corpus z ania z spiritꝰ vt dicẽ Hie/ge. sup Canti. Oportet videre ẽm qõ isto/rũ triũ homo ad illud intrinsecũ admittat z introducatur. ¶ De quo sciendũ q̃ cum christ⁹ dicat vt legit Johis. ca. iiij. Spiritꝰ est deus. z q̃ adorat eum in spiritu z verita/te. id est. in deuotione z cognitione oportet adorare. Hec autẽ cõueniũt spiritui huma no. ergo ẽm spiritũ oportet adorare z itra/re. Item cũ deo maxime assimilemur ẽm. spiritũ. ẽm quẽ etiã sum⁹ ad imaginẽ z simi/litudinẽ dei. et ẽm hoc sumus capaces dei. vt dicit August. xiiij. de trinita. ergo ẽm spi/ritũ ingredimur. q̃ est supremũ z optimuz in homie. Item ẽm corpꝰ nõ possumus in/gredi illud intrinsecũ. cũ corpus nõ possit locari nisi in loco corporali. Item cũ ania vt corpus animet necessario insit ei vt for/ma. nec sic possit se extendere extra corpus ad eterna. cũ Apl'us ad Philip. dicat ca. iij. Nostra cõuersatio in celis est. non ẽm cor/pus sed ẽm mentẽ. nec ẽm aiam vt animat

corpus. vt patet ex glo. ideo necesse est vt p
spm̃ nr̃m tanq̃ optimũ i nob accedam⁹ ad
illud speciale intrinsecũ secretũ domini ie/
su. ḡa ipe misit spiritũ suũ vt spiritũ nostrũ
leuaret post ipm. vt ait Richar. in plogo li/
bri de trini. z ḡa Richar. in libro de exter/
minatione mali. ca. vltimo dicit. oportet an
tecq̃ introire liceat in illud intimũ secretuz
quiet⁹ z supme trãquillitatis archanuz vt
fiat ista valde mirabilis diuisio. nõ corpo/
ris z anie dissolutio. sed alia hac multo mi/
rabilior multoq̃ gloriosior diuisio. videli/
cet anie z spirit⁹ quã in nobis operari solet
sicut testat Aplus ad Hebre. iiij. Uiuus ẽ
sermo dei z efficax. z oĩ gladio ancipiti pe
netrabilior z ptingens vsq̃ ad diuisionem
anie z spirit⁹. Hec ille. ¶ Ex quo oportet vi
dere ḡliter iste spirit⁹ ab ania diuidatur. vt
ab oĩbꝫ exonerat⁹ ascẽdat ad illud intrin
secum z secretũ quietis. De q̃ notat Richar.
in libro de extermiatione mali. ca. vltimo.
z auctor libri de spiritu z ania. vbi vterq̃
exponẽs predictũ verbũ Apli ad Hebre.
iiij. dicent. q̃ sermo dei ptingit vsq̃ ad di/
uisionẽ spirit⁹ z anie. cõcordant p oĩa. di
centes sic. Nihil in creatur⁹ hac diuisione
mirabili⁹ cernit. vbi illud q̃d essentialiter
vnũ est atq̃ indiuiduũ in seipo quandã di
uisionem patiat. neq̃ in homie vno alia est
essentia eius spirit⁹ atq̃ eius anie. sed vna
eadẽq̃ substãtia intelligit. sed tamẽ ad di/
stinctionẽ ponit gemina nomiatio eiusdez
essentie. Una supior per spiritũ. alia inferi/
or distinguatur. z hoc per animã. Sequit.
In hac itaq̃ diuisione ania z quod anĩale
est in imo remanet. Spirit⁹ autez z quod
spirituale est ad suprema euolat. et ab infi/
mis diuidit vt ad suprema eleuet. ab ania
scinditur vt domio iungat. quoniã qui ad/
heret domio vnus spirit⁹ est. O q̃ felix di/
uisio z mirabilis separatio. vt quod corpu/
lentũ est z feculentuz deorsum remanet. q̃d
spirituale z subtile est vsq̃ ad speculationẽ
diuine glorie sublimat. z in eandez imagi/
nem transformat. pars inferior cõponitur
ad summã pacẽ z tranquillitatẽ. dum pars
superior sublimat ad gl̃iam z iocunditatẽ.
Hic vterq̃ ponit. Ex quo apparere potest
q̃ quãto spirit⁹ noster ab oĩbꝫ tempalibꝫ
z etiã ab ipa anima vel etiã a seipo diuidit
q̃ tanto facilius z perfect⁹ illud spirituale
intrinsecũ z eternale manerĩũ pfectius ac/
cedit z ingredit. ¶ Et ideo notanduz est q̃
spirit⁹ noster aliquãdo in tantũ a corpore
ania diuidit vt spirit⁹ in spiritu esse asserat
z quãdoq̃ vt spirit⁹ supra spiritũ esse dicat
z quãdoq̃ spirit⁹ sine spiritu credat. ¶ Pri
mo dico q̃ spirit⁹ human⁹ quãdoq̃ a cor/
pore in tantũ alienat z ab ania distrahitur
vel diuidit vt spirit⁹ merito in spiritu eẽ di
catur. Quod ostẽdit Richar. libro. v. de cõ
templa. ca. xv. loquẽs de Johãne euange/
lista dicit sic. Hõne spirit⁹ in spiritu eẽ tunc
recte asserit quãdo exterioꝝ omniũ obliui
scitur. pariter z ignar⁹ est omniũ eoꝝ que i
corpore corpaliter agunt. z illa solũ intelli/
git p memoriã vel intellectũ que in spiritu
z circa spiritũ attractant. Quare Johes in
Apocalip̃. bene dicit. Fui in spiritu in do/
minico die. ¶ Uel sicut dicit ibidez Rich.
An hoc est spiritũ in spiritu esse. semetipm
intrare z intra semetipm totuz colligere. et
ea que cõtra carnẽ seu etiã in carne gerunt
interim penit⁹ ignorare. Sed Haymo sic
per Apocalip̃. sic exponit dicẽs. Johes sic
fuit in spiritu q̃ tamẽ ipam carnẽ funditus
nõ deseruit. sed spiritui eternitatis adhesit
mens eius. z a spiritu docẽte assumptus fuit
spirit⁹ docend⁹. ideo tã mirabilia et pfun/
da vidit. ¶ Secũdo dico q̃ spirit⁹ buma/
nus quãdoq̃ in tantũ amoris feruore sup̃
se rapit vt merito spirit⁹ supra spirituz esse
dicat. Unde Hugo super. vij. angelice hie
rarchie dicit. Acumen amoris est cum oĩa
trãscendendo despicit. Supferuidũ autẽ
amoris est cũ etiã semetipm ptemnẽdo re/
linquit. z in cõparatione dilecti se despicit.
et modo miro fit vt p dilectiõis ignez in il/
lum sustollat qui est sup̃ se. z per vim amo/
ris expellatur z exeat etiã a se. nec se cogitet
dum deũ soluz amat. Hec ille. Hoc modo
Petrus fertur rapt⁹ fuisse supra se. quare i
Acti. dicit. xij. cap̃lo. z petrus ad se reuers⁹
dixit rẽ. Quod Richar. exponẽs libro. v. de
ptempla. ca. xij. dicit. Hoc sane non impru/
denter dicit q̃ petrus longe sup hoiem fu/
it. quia longe a semetipo z supra semetipm
recessit. alioquin nõ erat a quo ad se reuer/
teretur. ¶ Tercio dico q̃ spirit⁹ humanus
in tantũ a seipo quasi diuidit. vt spirit⁹ sine
spiritu esse dicat. Unde. iij. Regũ. x. legitur
Q videns regina saba sapientiã salomo/
nis et domũ z habitacula rẽ nõ habebat vl
tra spirituz. Quod exponens Richardus

libro. v. de ꝓtempla. ca. xxij. dicit. Nõne recte dicit spiritũ semetipm nõ habere qñ incipit a semetipo oñino deficere. z a suo esse in supmundanũ quendaz z vere pluscz mũdanum vel humanũ statum transire. et mirabili transfiguratiõe spirit⁹ ille ab humano videatur in diuinũ deficere. ita vt ipe iã nõ ipe. eo dumtaxat tempe quo incipit domino altius inherere. qui autẽ adheret õo vnus spirit⁹ est. z sic totus illud diuinitatis archanum intrat. clamans cũ Psalmista. Defecit in salutare tuum anima mea. Hec ille.

¶ Distinctio quarta.

Quarto videndũ est quib⁹ pedib⁹ et q gressibus spirit⁹ noster in illud intrinsecum secretuz z spirituale maneriũ ingrediat. ¶ De quo notanduz q si/cut dicit Vercelleñ. sup Canti. Pedes nostri spirit⁹ sunt intellect⁹ z affect⁹. quib⁹ frequẽter ania deuota carpit itinera eternitatis. Ratio autẽ hui⁹ est. q spirit⁹ noster p intellectũ et affectum se ad eterna extendit. et ea attingit aliq̃liter. Unde Hugo libro p/mo de archa Noe dicit. Hoc est ad deũ tendere et ad ipm ꝓtingere. semp eum per desideriũ querere. p cogitationẽ inuenire. z p gustum tangere. et cõmentator Hugo sup vij. angeli. hierar. d. Mentes celestes siue spirit⁹ rationales ad interiora mẽtis cognitione z dilectione accedunt z proximi fiunt fm excellentissimã collocationẽ quam habent iuxta deũ vbi est intrinsecũ spirit⁹ nostri vt supra dictũ est. ¶ Sed notanduz q pedes spirit⁹ nostri oportet esse mundos z puros quia nihil inquinatũ intrabit intra secretum domini iesu. et cũ pedes spiritus humani quãdoq̃ tangãt terram mediãte sensualitate. z etiaz ne puluis terrenus eis adhereat. ideo indigent frequẽti lotione et mũdatiõe. vt ostendit domin⁹ quãdo dixit illud Johis. xiij. Qui lot⁹ est non indiget nisi vt pedes lauet. id est. q sine peccato mortali est. nõ indiget capitis lotione. Cui⁹ ratio est. quia caput nostri spirit⁹ est intelligẽtia que in viris sanctis imediate cõiungitur deo. vt dicit beat⁹ Aug⁹. in suo libro de spiritu z ania. ideo lotione nõ indiget. Hec tales indigent lotione manuũ. qz opera eoz munda sunt ꝓpter mundiciaz capitis ea in deum ordinãtis. sed indigent lotõne pedũ Cui⁹ ratio est fm Augusti. et Orige. Quia impossibile est hoiem aliquãdo nõ peccare venialiter. z nõ habere aliquã inordinationem in sua sensualitate ꝓpter cõtinuã conuersationẽ in terris. ex qua ꝓtrahit aliqua macula impuritatis in affectu. z ex hoc ruga obscuritatis in intellectu. Unde Origẽ. dicit. Ego impossibile puto nõ contamina ri extrema anie et infima eius. q̃cũq̃ quis p/fectus quo ad homies reputet. ideo charissimi discipuli dñi sunt qui solũ pedũ indigent lotione. Hos pedes bene loros timuit coinquinari sponsa quãdo dixit Cantic. v. Lauí pedes meos. Glosa. i. cogitationes meas. quib⁹ aliquãdo terraz tangere solebam. quos secretis fletib⁹ cõpunctiõis abluí vt intrare merear celestẽ patriaz. Quõ ergo iterũ coinquinabo illos. Uercellen⁹ dicit. Quomõ coinquinabo illos itez vmbris z imaginib⁹ temporaliũ cũ etiaz intellectuales opationes z forme in hoc loco i/perintellectuali exercitio reputent macule z offendicula. Hec ille. ¶ Secũdo notandũ est. q ꝑa multa offendicula z diuersa in istis itineribus eternitatis sunt quib⁹ spirit⁹ noster impedit z retardatur ab ingressu ilius intrinseci secreti. ideo oportet vt spiritus noster nõ solũ habeat pedes ab immundicijs lotos sed etiã ad ambulandũ exercitatos z agilitate veloces. Vñ Dionysi⁹. iij. angelice hierarchie. dicit. Q pedes in scriptura significãt virtutẽ motiuã acute penetrantẽ z velocem. i. semp tendentẽ in diuina. z sequit. ꝓpter quod alatos theologia Isaie vj. figurauit pedes sanctoz intellectuũ. q̃ significat reductiuã velocitatez z supernis inuectiuã ab omni terrestri deprimentem. Hec Dionysi⁹. Dozũ pedũ velocẽ agilitatem habuit ꝓpheta dauid cũ dixit. Qui ponet pedes meos q̃si ceruozũ. Nõ Grego. exponens. xxvj. moraliũ. dicit. Ceruus cũ inimica montiũ ascendit. queq̃ aspera z obiecta transgredit donec ad supiora eleuet. nõ solum currit sed etiã saltat. ita etiã electoz/um mentes quecũq̃ sibi obuia respiciũt ꝺtemplationis saltu trãscendũt donec se ad superna euehũt. ¶ Tercio notandũ q oportet q pedes spirit⁹ nostri nõ solũ ad ambulandũ sint expediti sed etiã p amoẽ ad penetrandũ acuti. vt spirit⁹ potent ois trãsire possit. di. cũ Ps. z deo meo trãgrediar murũ. Nõ Grego. exponẽs. xxvj. moz. dicit. Murus est omne quod itineri nostro

obȝcitur cū ad dilectum transit. quē transgredimur cū pre amore supne patrie omnia hui⁹ mundi obiecta calcam⁹. Hec ille. Et sicut dicit Augustin⁹ in epla ad macedoniū. Ire ad deum tanto nobis melⁱ est quāto magis ad illū imus quo nihil melius est. Imus autē non ambulādo sz amādo. amorem quo in eū tendim⁹ habebim⁹ puriorem. Hec Augustin⁹. Bressus ḡmenta sunt spiritualia. Et ideo Grego. xxj. moral. dicit. Ad se quippe venire ꝓcipit deus nō gressibus corporis sed pfectibꝫ amoris z spirit⁹. veritate dicente Matth. xj. Venite ad me oēs qui laboratis. Et Augusti. sup Psal. lxxv. Iter tuum volūtas tua est. amando ascendis. negligendo descendis. stans i terra in celo es. si dilīgis deū. z sic patet de pedibus spiritus.

¶ Distinctio quinta.

Quinto videndū est qualit spiritus nr̄ in illo intrinseco manerio multiplicit̄er esse dicat. ¶ Circa quod nota q̄ in domio iesu sunt oēs thesauri sapientie z scientie dei absconditi. quis potest investigare z enarrare magnitudinē z multitudinem diuitiarū z deliciarū istius intrinseci z secreti cubiculi nisi quantuz quilibet per fidē illuminat⁹. z per charitatē inflammatus in illo habitare consueuerit. z p aliqualem experientiā didicerit. Unde dicit Bern̄. in sermo. xxij. sup Cant. sic. In B arche vestrū aliqua boza sic rapi. z sic abscondi contigerit. vt nemo eū noceat vel auocet aut perturbet. vel sensus egēs. vl̄ cura pungens. vel culpa mordens. vel ea certe q̄ difficilius amouent̄ irruentia imaginum corporalium fantasmata. poterit quidem hic cū ad nos reducitur gloriari dicēs. Intro duxit me rex in cubiculū suum. Et ibidem quasi admirando exclamat dicens. O vere quietus locus est quem nō imerito nomie cubiculi censuerim. in quo de⁹ non turbatus ira. nec velut distract⁹ cura ꝓspicit. sed ꝓbatur voluntas ei⁹ bona z beneplacens z pfecta. Uisio ista nō terret sed mulcet. inquietā curiositatez nō excitat sed sedat. nec fatigat sensus sed trāquillat. hic vere quietus dom̄in⁹ quiescit. deus trāquillus qui tranquillat oīa. z q̄etū aspicere quiescere est. Hec Bern̄. Si q̄ secreta istius cubiculi ingrediunt. siue gazophilacū secretū inhabitant ꝓ veram fidē z charitatē magni sunt q̄a magna audiunt. z percipiūt magna introducti in plenitudinē eternoz z diuinorū thesauroz in illo absconditoz. Et ideo Bern̄. sermo. xxxj. sup Cant. dicit. Ubi q̄ magni sunt fide z charitate. digni iueniuntur vt inducant̄ in omnē plenitudinez dei. nec in oīb⁹ apothecis sapientie aliquos deus scientiaz dom̄in⁹ arcendos censet cupidos veritatis nō conscios vanitatis. Et infra sic dicit. Istiusmodi sapiētibꝫ spiritibus magn⁹ occurrit sponsus. z magnificabit facere cū eis. emittens lucē suam z veritatē suam. eosq̄z adducens et deducens in montē sanctuz suum z in tabernacula sua. Regem in decore suo videbunt ꝓeuntez se ad speciosa deserti. ad flores rosaruz. ad lilia cōuallium. ad amena hortoruz. ad irrigua fontiū. z ad delicias cellariorū. ad odoramenta aromatū. postremo ad ipa secreta cubiculi. Isti sunt thesauri sapiētie z scientie dei absconditi penes spōsuz. Hec sūt pascua vite ꝓparata in refectionē animarū sanctarū. beat⁹ vir qui impleuit desideriū suum ex ipīs. Hec Bern̄. Sed ꝑculdubio si spirit⁹ humanus quasi ab ania diuisus. z corpore q̄nq̄z illud intrinsecū lucis manerium ingrediat̄ solus. z intus recipiat̄ rediens de regione luc⁹ illi⁹ itrisecī ad aiaz z corpus. ipe enarret quales diuitias acceperit. qualia ꝓba audiuerit. z quales delicias gustauerit. si tamē enarrare potest. q̄a Greg⁹. libro. xv. moral. dicit. Sepe amant⁹ anim⁹ tante ꝓtemplatiōis munere implet̄ vt videre valeat qō oīno loqui nō valeat. Si autē enarrare nō poterit. saltem vt alter moyses descendens a cōsortio dn̄i in aia z corpore aliqua signa z testimonia secū ferat testificantia q̄ in regione lucis fuerat. Dicit em̄ Hugo in libro de trib⁹ dictis sic circa finem. Ecce dū de illo diuino interne contemplationis secreto reuertimur quid nobiscum afferre poterim⁹ nisi lucem. Lucez de regione lucis venientes portam⁹. Hoc em̄ decens z necessariū est. vt cū a lucis regione venim⁹ ad fugandas nr̄as tenebras nobiscū lucem apportem⁹. Et q̄s scire poterit q̄ ibi fuerim⁹ si illuminati nō redimus. Sed si vidim⁹ patris potentiā. apportem⁹

lucem diuini timoris. Si vidim⁹ filij sapientiā apprtem⁹ lucē veritatis. Si vidim⁹ spūssancti clemētiaz. apprtemus lucē dilectionis. Potētia torpentes excitet ad timorem. Sapiētia ignorantie tenebris excecatos illuminet. Clemētia calore caritatis frigidos inflāmet. Hec ille.

¶ Distinctio sexta.

Sexto videndū est qliter spirit⁹ noster cū in illud intrinsecū manerīū eternale fuerit introduct⁹ in illo stabiliat⁹ z ppetuet⁹. ita tñ q; ad imperiū regis egrediat⁹ z ingrediat⁹ ad naturā humanaz imitandā z ptemplandaz diuinā. ¶ De q; sciendū est q; spirit⁹ noster in illo archano secreto p veram fidē collocat⁹ z stabilitur. z p sanctā charitatē in eodē ppetuat⁹. ¶ De fidei collocatione z stabilitiōe dicit Dionisius de diuinis nomib⁹. ca. vij. Circa veritatem vere existentē z nō errantez versat⁹ fides diuina. q; est stabil' collocatio credētiū collocans illos in veritate. z firmās simplicem veritatē intransmutabili ydēptitate in ipis credētib⁹ habētib⁹ cognitionē veritat⁹. z ideo credentez in veritate nihil mouebit. teste scriptura Roma. viij. Nihil mouebit a leticia que est fm veram fidē. sed habebit in ea pmanentiā inmobilis z intrāsmutabil' ydēptitatis. Sequit. Qui em veritati vnitus est ex ipa vnione bñ nouit qō bene sentit. cuius multi corripiāt ipm tanq; mentis excessum passuz siue furiosum. ipe tñ bene nouit seipm nō furentē vt errātes ei imponunt. sed p simplicē veritatē semp eandez z eodē modo se habentē liberatū ab instabili z variabili diuisione cōtra errorem. Hec Dionisius. Ex his apparere potest quomō fides spiritū nostrū in illo intrinseco manerio iesu collocat⁹ z stabilitat. Isa. vij. Si nō crediderit⁹ nō pmanebit⁹. scz in deo. Et Eusebi⁹ in glo. sup illud Luce. xij. vbi thesaurus vr̄ est ibi z cor vestruz erit. dicit sic. Qui mentē applicauerit ad celestia ibi mentem habebit. vt videat⁹ solo corpe cū hominib⁹ cōuersari. anio vero iam sit aggressus mansiones celestes. Hec ille. ¶ De charitatis autē ppetuatione. id est. qualit' spiritus noster in intrinseco dñi iesu ppetuet⁹. Notandū q; cū Joh. in pma ca. c. iij. dicat. Deus charitas est. z q; manet in charitate in deo manet. g; q;diu spūs manet in charitate. tā diu manet in deo siue i intrinseco dñi iesu. sed spūs nr̄ in eternū pōt in charitate manere cū adiutorio dei g; ineternū pōt manere in deo. Un̄ in libro de spū et anīa d⁹. Re in deo. Un̄ in libro de spū et anīa habet in se amorē quo semp pōt stare cū deo. ¶ Naūt spūs nr̄ in eternum possit stare cū deo z manere in charitate ostendit apl's ad Rom. viij. vbi dicit. Quis pōt nos separare a charitate christi. q; dicat. Hemo. imo nulla creatura sicut ipe postea pbat. g; nulla creatura pōt nos ejcere ab illo irrinseco. nec ipe de⁹ vult ejcere. vt ipe dic̄ Joh. vj. Qdiu em sym⁹ charitate vestiti licz nos ipos p petm̄ ejcere possim⁹. nō tamē distantia locali cū deus sit vbiq; sed distātia dissimilitudinis. Dicit em Aug⁹. i. de trini. Nō loco; interuallis sed sil'itudine accedit ad deū. z dissil'itudine discedit ab eo. Nautez nulla creatura possit nos separare a charitate dei q; nob in christo dat⁹ ondit apl's ibidē dī. Cert⁹ sum q; neq; mors. s. quaz minant separabit nos a charitate dei. Cui⁹ rōnē assignat Aug⁹. de moribz eccl'ie. d. Licet corp⁹ nr̄m possit mori. tñ ipm q; diligim⁹ deuz scz anīa mori nō pōt. nisi dū nō diligit deū. cui mors est nō diligere deū. q; nihil aliud ē ejs et in diligēdo aliq̄d pponere. Alia ē rō Ambr. Quia mors erat sctis occasio eundi ad pmiū. pmissuz z q;si ianua. g; mors nō pt nos separare a charitate xpi. g; nō pt abjicere ab eo. ¶ Scdo neq; vita inqt apl's. s. pmissa pt nos separare a caritate. Cui⁹ rōnē assignat Aug⁹. in libro de moribz eccl'ie. d. Quia deus est fons vite. sicut g; nemo separat a fonte vite pmittēdo vitā. Un̄ dñs dicit Joh. v. Qui credit in me habebit vitā eternā. ¶ Tercio inqt apl's. Neq; angeli neq; pncipat⁹. neq; ptates. neq; inferiores. neq; medij. neq; supiores poterūt nos separare a caritate dei. Cui⁹ rō est fm Aug⁹. qz angeli cū inberem⁹ deo nō sūt mente nr̄a poteri ores. imo toto mūdo supior est mens inhe rens deo. vt ait Aug. de moribz eccl'ie. Quō ergo sepabūt nos a charitate xpi. ad quam nos etiā hortant⁹. g; nec nos ejcient. ¶ Quarto inquit apl's. Neq; instātia. i. instātes motus inquit apl's. Neq; instātia. i. instātes mortis nos a deo sepabūt. Cui⁹ rō est fm Augustinū. de moribz eccl'ie. Quia corpo eas leuiores sentim⁹ q; ei a q; nos separe moliunt⁹ ar tius inberem⁹. caritas em oia sustinet. z ei vita morientiū. ait Aug⁹. de laude caritat⁹. g; nō sepat sz vnit. ¶ Quito inqt apl's. Neq;

futura. i. pmissio futuroꝝ nos a caritate separabūt. Cui⁹ rō est fm Aug⁹. de moribus eccl'ie. Quia q̄cūq̄ boni futuroꝝ est certi⁹ p mittit de⁹. z nihil est ipo deo meli⁹. q̄ pfecte inhereētib⁹ sibi iā pñs est. g̃ nec talia separāt a caritate. g̃ nec eiciūt a deo. Sexto inferit nos separe a caritate dei. nec̄ altitudo. i. pspitas. nec̄ pfūdū. i. adūsitas poteſt ra. Cui⁹ rōnē innuit ap'lus in eodē ca. d. Oz bonis oīa cooperant in bonū. g̃ nō sepant nisi nos velim⁹. p caritatē g̃ q̄ (vt dic̄ ap'lus i. Coꝝ. xiij.) oia pōt. oia sustinet. z nūq̄ excidet spūs nr̄ in illo intrinseco vbi est fons vite. z caritas pōt manere semp. maxie cuz charitas volūtates nr̄as ad deū q̄si ad centrum suū. p̄riū inclinet. z nos sibi incorporet. z voluntas pfecte ꝺcordet. que maxime amantiū refectionē ꝺsummant z ꝑpetuant. Vñ Johis. vj. dicit dñs. Eū q̄ venit ad me nō eiciam foras. Nō Aug. exponit d. Ueniamus ad deū. intrem⁹ ad deū. z incorporāmur ei. vt nos nō faciam⁹ voluntatē nr̄ā sed voluntatē dei. z non eiciet nos foras. scz in exilium tenebrarū eternarū. sed siue ingrediamur siue egrediamur pascua inueniemus nostrā nutrientia charitatez. que nos ꝑpetuat ī christo. quia qui manet in charitate in deo manet. j. Johis. iiij.

Distinctio septima.

Septimo postq̄ visum est quid sit illud intrinsecū secretū z eternale manerium in christo. z qualit⁹ in illo intrinseco varie mansiones distinguuntur. et fm quid homo in illud intromittat. Viso etiā quid spūs in hoie dicat. z quib⁹ pedib⁹ illud intrinsecū ingrediat. z q̄liter human⁹ spūs in illo dilatat. stabilit⁹ z ꝑpetuat. Videndū est q̄ z quot sunt itinera p q̄ ad illud intrinsecū secretū et eternale manerīū spirit⁹ humanus accedat z ingrediat. Circa qō sciendū est q̄ (sicut ꝺz in lib. de spū et ania) duo sunt loca inter q̄ spūs human⁹ existēs ad vtrūq̄ se mouere pōt siue itinerare. Deus em̄ est in sūmo. mūd⁹ vero in imo. Ille existit. ideo ipe solus est eternitate mēsurabilis. Cui⁹ rō est. qz sic̄ Boeci⁹ in de ꝺsolatione dicit. Eternitas est interminabil⁹ vite tota sil⁹ z pfecta possessio. q̄ nulli creature cōuenit. sed soli deo. vt ptz ꝺsideranti b⁹ diffinitiōis ptes. Iste aūt mūd⁹ cursu mutabilitat⁹ fuit. z iō tpe mensurat⁹. qz tps est mensura mot⁹ mutabiliū rez. nō pmanentiū. sed succedentiū vt sit. z iō talia dicunt tpalia. Rōnalis aūt spūs q̄i in q̄daz medio est ꝺstitut⁹. sed mediū oportet ptici pare naturā extremoꝝ. ꝓpter cōnexionē vniuersi. z iō oportet q̄ spūs nr̄ in aliq̄ cōueniat cū eternis. z in aliq̄ cū tpalib⁹. Cum eternis ꝺuenit in h̄ q̄ fm substantiā oīno ē stabilis ꝑpetuo. in eternū manens. z iō q̄ ad h̄ nō mensurat⁹ tpe trāseunte. qz illo corruptibilia mēsurant⁹. nec mēsurat⁹ eternitate. qz illa soli deo ꝺuenit. g̃ necessario mēsurat⁹ mēsura media. s. euo qō est q̄dā ptcipatio eternitat⁹. Vñ Dion⁹. de di. no. dicit. q̄ euū ꝺz q̄eta et tota sil⁹ vita. Et Dam̄. li. iij. c. j. dic̄. q̄ euū nō est temp⁹ nec ps tpis. sed qō sil⁹ ptē dik cū eternis scz fm ꝑpetuationē. Vñ i li. de spū z ania ꝺz. Spūs human⁹ q̄dā cōditionis sue excellētia huic mutabilitati que deorsum ē supeminet. q̄si creat⁹ in orizonte eternitat⁹. z iō ad illā q̄ est apud deū imutabilitatē nōdū ꝑuenit. q̄uis ꝑtingere possit cū angel⁹. Spūs ei nr̄ cōuenit cū tpalib⁹ in hoc q̄ fm opatiōes aliquas est mutabilis. z in eis successiones patit⁹. Vñ in lib. de spū z ania dicit⁹. Si spūs noster in his qui deorsum transeūt se p cupiditatē immerserit. statim p infinitas distractiones siue itinera rapiet⁹. z a seipo quodā modo diuisus dissipabit⁹. et ideo quo ad istas opationes tempalis efficit⁹. qz tpe mēsurat⁹. De hac instabilitate z mutabilitate dicit Hugo ō archa noe sic. Dū coꝝ nr̄m siue spūs nr̄ p desideria fluere cepit q̄si in tot diuisum est quot sunt ea que concupiscit. Hinc nascitur motus sine stabilitate. labor sine requie. cursus sine quentione. ita vt semper sit inquietus spiritus noster donec illic inherere ceperit vbi desiderio suo nihil deesse gaudeat. z ea que diligit semper mansura confidat z credat. Hec ille. Ex quo concluditur q̄ necesse est q̄ spiritus humanus habeat aliquas operationes que maneāt fm suā substātiā. licet vna alteri succedat. qō accidit vbi sūt operationes intrinsece intellect⁹ z affect⁹. maxie q̄n in etnis figunt⁹. q̄s opatōes exercere possz spūs būan⁹ etiā si celū staret. vl' si nullū esset tps. vtz p Aug. nec mirū cum sit spūs būan⁹ sup tps existens in carne tpali.

De septem itineribus eternitatis

Dicit enī Grego. mora. Subleuata mens id est. spiritꝰ extra terminos temporꝫ ducit etiā cū a carne in tempe tenet. ⁊ in libro de spiritu ⁊ aīa. Si spūs humanꝰ ab hac infima distractione que deorsum est erexerit se. ⁊ hec infima deserēs atq; paulatim se in vnū colligens secū esse didicerit. tanto amplius in vnū colliget. quāto magis desiderio ⁊ cognitione sursuz eleuabit. donec tandem oīno imutabilis sit. ⁊ ad illā veraz ⁊ vnicā que apud deū est immutabilitatē peueniat vt ꝑpetuo sine oīi mutabilitatꝭ vicissitudine req̄escat. iam ī intrinseco domini ꝓfecte collocat. Hec ille. Ex his ptz q̄ sicut spiritꝰ humanus ex inordinato amore tempaliū aggranat ascendit ab eternis p aliqua itinera iniq̄tatis deorsuz ad temporalia. sic spiritꝰ humanꝰ exordinato amore eternorū alleuiat ascendit sursum p itinera recte equitatis ad eterna. ⁊ sicut ille p septem itinera obliq̄ descendit ad tpalia. ita iste p septē itinera recta ascēdit ad eterna. p pter q̄d itinera eternitatꝭ nūcupant. ¶ Itinera ergo eternitatꝭ ducētia ad intrinsecuz secretū ⁊ eternale manerīū dñi sunt hec scz Eternorū recta intentio. Eternoꝝ studiosa meditatio. Eternoꝝ limpida cōtemplatio. Eternoꝝ charitatiua affectio. Eternorū secreta reuelatio. Eternoꝝ experimētalis ꝑgustatio. Eternorū deiformis operatio. ¶ Ad itinerandū autē in his septez itineribꝫ eternitatis dñs amoroſe inuitat spiritū humanū ostendēs ⁊ ꝑmittens ei septē āminicula cooperātia ad ambulandum in itineribꝫ eternitatis. Istā autē inuitationē mens humana diligent aduertat. Quia sicut dicit Uercellen. sup Canti. Nihil est q̄d ad cōtinuos sponse ꝓfectus eam ꝑmoueat efficacius q̄z deū imitari. ⁊ ab eo inuitari effectiue. Hoc q̄dem exercitio ꝓtinuo vniformiter ꝓficiunt celestes substātie q̄ non cessant post spōsum ingredi. Totꝰ enī cursus amoris in assidua ⁊ cōtinua huiusmōi inuitatione cōsist. t. vt in fine libri Canti. patet. dicit q̄. v. Surge ꝑpera amica m. columba mea. formosa mea ⁊ veni. Amica. q̄ amās ⁊ amata. Ego enī diligo diligētes me. Prouer. viij. Columba mea. q̄a spū simplifica/ta Matth. x. Estote simplices sic colūbe. Formosa mea. q̄a ad imaginē ⁊ similitudinem dei facta Gene. j. Surge igit a tpalibꝫ ad eterna tendendo. ⁊ ꝑpera. eterna in uestigando. ⁊ veni. eternitatē meā ingrediendo. Huiꝰ petitiōis reddit causaz. di. Surge ꝑpera amica mea ⁊ veni. q̄a iā est itinerandi opportunitas tēporanea. q̄z iā byems transijt peccati infrigidātis ⁊ itinera ambulatiū obliquātis. Quia iam est itinerū opta/ta facilitas. q̄a iam imber abijt ⁊ recessit cu/re distrahentis ⁊ itinerantes impedientis. Quia iā est itinerantiuz amena iocūditas. Quia q̄a iā flores apparuerūt in terra nr̄a. Quia iam tempꝰ vernale venit ex ꝑsentia diuini solis in terra nostre carnis. Quia iā est ꝑ/ ambulantiū alleuiata agilitas. q̄a iam tempus putatōis aduenit. quo spiritus noster exonerat ab oīibꝫ supfluis ⁊ vanis. Quia iam est viarū reuelata veritas. q̄a vox turturis audita est in terra nr̄a verbi incarnati omnē veritatē docentꝭ. Quia iā est viatici desiderati satietas. q̄a ficus ꝓtulit grossos suos. scz pater fons dulcedinis filium panē oīnis suauitatis. ⁊ spiritū sanctū potū sobrie ebrietatis. Quia iā est medū odorifere suauitas. q̄z vinee florentes odorē suum dederūt. i. potētie fecunde dederūt odorez bone fame ex operibꝫ odoriferis. q̄a bonus odor christi sunt. ij. Corinth. ij. Igit surge. ꝑpera amica mea ⁊ veni. Unde dicit Ozig. Quis iā nō surget. q̄s nō ꝑueret. aut q̄s nō veniet vbi tot vtilitatū insignia cōcurrūt. Singula istoꝝ āminiculoꝝ applicabūt singulis itineribꝫ vt patebit infra. ⁊ hec itinera abscōdita sūt a sapiētibꝫ ⁊ prudētibꝫ hui⁹ mūdi. ⁊ reuelata sūt paruul. i. būilibꝫ. Uñ abacuc ij. Incuruati sūt colles mōi. i. sapiētes ab itineribꝫ eternitatꝭ ei⁹. i. obliq̄ti sūt a vijs recti eterni dei. q̄z q̄a recta via declināt. q̄nto plus vadūt tāto pl⁹ a termio recte vie recedūt. ⁊ q̄nto pl⁹ se sapiētes mōi ab eterna vitare auerūt tanto pl⁹ stulti facti ī tpalibꝫ euanuerūt dicētes. Sol intelligētie nō est ort⁹ nobis. lassati sum⁹ in via iniq̄tatꝭ. viā dñi ignoraui. Sap. v. Cū g Aug⁹. xiij. ⁊ xv. de tri. dicat. q̄ spūs nr̄ ad imaginē ⁊ similitudinē dei eterni creat⁹ sit. ⁊ ex ℔ eternitatꝭ capax sit. ⁊ ex ℔ sortiat q̄ndā iā ꝑticipationē dū etiā fm substātiā ⁊ fm alīqs opationes intrinsecas sit supra temp⁹. q̄a in euo q̄ est q̄dā eternitatis ꝑticipatio. vt supꝫ dictū est. iō spūs nr̄ humiliat⁹ ⁊ cōtrit⁹ ⁊a deo amoroſe inuitatus ad veniendu ꝑ itinera eternitatis ad suum intrinsecū secretū ⁊ eternale manerium secure ⁊ gaudens cū Psalmista petat.

dicens. Deduc me domie in via eterna.

Primum igitur p iter eternitatis (qđ est eternorū recta intentio) spiritus humanus desiderio eternoz ab omīb alleui atus z ad gambulandū incitat⁹ z expedit⁹ primo aggrediatur. vnū eternum intrēdendo. vnum eternū attendendo. vnū eternuz ingrediendo. in vno eterno pmanēdo. prosarium z finis quietās z ꝺsummans multitudinem omniū desideriozū in vnū. quod non auferet ab eo in eternū. vt patet Luce x. Sed qa nemo itinerat q̄ vias itineris ignorat. ideo ad cognitionē istius vie siue itineris qđ est eternozū recta intentio. oportet sex considerare p ordinē. ¶ Primuz est. que sit necessitas ist⁹ itineris. z quare alīs itinerib⁹ premittat. ¶ Secundū est. qđ sit intentio. z a qua potētia anie oriat. ¶ Terciū est qualiter intētio deiformis et eterna efficiat. ¶ Quartū est. p que signa intentio recta simplex z perfecta cognoscatur. ¶ Quintū est qualiter p intentionē rectaz ad intrinsecū eternum iesu spirit⁹ accedat z ingrediat. ¶ Sextū qualit spirit⁹ humanus ad veniendū p iter illud ad intrinsecū eternum iesu dulciter z amanter ab eo inuitatur.

¶ Distinctio prima.

Primo igitur videndū est que sit necessitas ist⁹ itineris qđ est eternoz recta intentio. et quare alia itinera p̄cedat. ¶ Circa quod notandū est q̄ cum intentio finē actionis z itineris nob p̄stēdat vt dicit Grego. xxviij moral. vbi sic dicit. Intentio priusq̄ se in actione exerceat. hoc iā quod appetit cōtemplat. Item cū intentio actionē dirigat nostrā in operatiōe. vt dicit Grego. ibidē. vbi dicit sic. Unaq̄q actio intentionē suā q̄si intuentez oculū sequit. vt dicit Grego. xxviij. moral. vbi dicit sic. Sicut fabrica colūnis. columne autez basib⁹ fulciunt. ita vita nostra virtutibus. Virtutes vero intima intentiōe subsistunt. Item rōnabiliter iter intentiōis alia itinera p̄cedere debet. Unū Grego. ibidez dicit. Vigilanti cura q̄ cuncta opera intētio nostra nobis pensanda est. vt nihil tempale īmbis que agit appetat. sed totū se in solidita/tem eternitatis figat. ne si extra fundamentum nr̄e actionis fabrica ponatur. totū opus in nihilū soluat. quia etiā summa opera inaniter fiunt si intentiōes cordiū extra eternitatis certitudinē deflectūtur. Hec ille. Et ibidē dicit. Si recta intentio in operatione nō tenetur. totū opus amittitur et deturpat. si autez recte intendim⁹. bonum opus efficitur. etiā si minus bonū extra videatur. Plane ergo patere potest istius itineris necessitas in ordine respectu aliozū.

¶ Distinctio secūda.

Vltimo videndū est de signis intrin secis charitatis pfecte. Sūt em̄ q̄daz actiones charitatis pfecte q̄si int⁹ manē tes a charitate elicite vt impate. z tāto sunt verior̄a q̄to interior̄a. Vero em̄ charitas p fectior. tāto acutior. z ad intima ptingēs. vt patet ꝑ Hugo. sup. vij. angel. hierarch. ideo igit signū intrinsecū charitatis pfecte sunt p/ funda z ītima suspiria mētis. Rō hui⁹ signi pōt esse talis, qz q̄n memoria rei amate inti ma mētis tāgit. statim suspiria amorosa q̄si quosdā nūcios amoris expellit. donec eā pre sentia dilecti visitet z visu reficiat. Vñ Gre/ gor⁹. v. lib. moral. adducēs illud Job. An/ teq̄ comedo suspiro dic. Hēs ad inspira/ tionē fulgoris intimi suspirijs vegetata ꝓua lescit. qz eū amor ꝑfectis afficit z refectio cō templatiōis pascit. Tepid⁹ aūt amor ꝑ non facere pt. ſz amor pfect⁹. Patz g̃ q̄ intima su spiria sunt signū charitatis pfecte. vt idem et Rich. dicūt. ¶ Secūdū signū charitatis pfe cte sunt alta desideria. Rō isti⁹ signi est. quia Aug⁹. lib. xiij. ꝓfessi. dic sic. Omia pōderib⁹ suis agunt. z loca sua petūt. grauia deorsuz vt lapis. sursum leuia vt ignis. Hec extra lo ca sua exeūt q̄si inq̄eta. ſz qđ est pond⁹ i cor/ poralib⁹. est amor i spūalib⁹. Vñ dicit idem Amor me⁹ pond⁹ meū. eo feror q̄cūq̄ feror. dono tuo accēdimur z sursum ferimur. Ex go q̄nto amor magſ accēdit, tāto desideria amorosa pfecti⁹ sursum ferunt. nec q̄escunt donec ad locū suū. s. ad amatū deū pueniāt. Vñ sequit. Inardescim⁹ z im⁹ z ascēdimus ascēsiones i corde ad pacē in hierl'm. Simi le dic lincoñ. sup. iij. angel. hierarch. Et gre gor⁹ lib. vij. moral. dic sic. Sancti viri cuz desiderijs eternitatis anhelāt, in tāta altitudi ne vite se subleuāt. vt audire iā q̄ mūdi sunt graue sibi ac deꝑmēs pond⁹ credāt. Valde em̄ intollerabile est imāt q̄q̄d id non sonat qđ int⁹ amāt. Sequit infra. Et multiplica ta charitate maioribꝫ desideriꝫ estuāt. z iaz puenire ad vitā spūs etiā ꝑ cruciat⁹ corpor̄ anhelāt. Ex q̄ ptz q̄ alta desideria q̄ in sum/ mū desiderabile tendūt. signa pfecte chari/ tatis sunt. Idē dic Rich. in tractatu de chari tate. ¶ Tertiū signū z intrinsecū pfecte cha ritatis sunt cogitatiōes lāguide. Rō istius si/ gni est ista. Fulgēti⁹ in q̄dā sermone dic sic. Necesse est vt q̄ ꝑcessit dilectiōis thesaurus id est. amatū. illic sequat cogitatōis affect⁹. i. desideriū amorosum. Iō ꝓuerbs ait. Vbi em̄ thesaur⁹ tu⁹ est. ibi z cor tuū erit. Sequitur Ut g̃ celestia thesaurisem⁹. celestia diligam⁹ Vis g̃ nosse vbi thesaurisas. attēde q̄d amas attēde z q̄d cogitas. z ita fiet vt thesaurꝫ tu/ um ex tuo amore recognoscas. z amorē tuū iudicio tue cogitatiōis intelligas. Hec ille. Si g̃ cogitatiōis affect⁹ est vbi est thesaur⁹ amoris. i. amatū. planū est q̄ cogitatio fasti/ dit oīe aliud ab amato. Vñ glosa sup illō Can. ij. Adiuro vos fi. hieru. vt annūcietis dilecto. qz amore lāgueo. dic sic. Pre magni tudine amoris oīa tpalia sunt mihi fastidiuz vñ langueo. Lāguor aūt iste causat ex amo/ re pfecto. Vñ Orige. ibidē distīguit int̄ amo rē simplicē z ardorē z languorē. dicēs. Amāt inq̄t incipiētes, ardēt pficiētes: languēt pfe/ cti. g̃ cogitatiōes lāguide sūt signū amoris p/ fecti. Sile oñdit Rich. infra. ¶ Quartū si/ gnū intrinsecū amoris pfecti sunt expectatio nes tedioſe. Rō hui⁹ signi ē. qz sicut dic lin/ conien. sup. vij. angel. hierar. Amore rendē/ te in rē amatā nihil velocius. nihil acutius. ni hil subtilius aut penetrabilius. qz sua natā nō q̄escit donec subaliter totā penetrauerit. p/ funditatē. z ptrāsierit amabilis totalitatem q̄ntū pōt. Et idē. q̄n cursus isti⁹ amoris ipen dit vel retardat q̄litercūq̄ tota mēs turba tur z expectatōe attediat. Qz sic dic Rich. lib. iiij. de ꝓtem. c. xxj. Amāti omis mora ni/ mis lōga videt. expectatio onerosa. clamat cū sancto Job. Tedet aiam meā vite mee. Qđ exponēs Grego. ix. moral. dic sic. Pēs vita vilescere. i. tedere incipit dū diuin⁹ amor dulcescere cepit. i. pficit. Vñ amās pfecte cū tedio q̄dā fastidit oīe qđ cursum amoris im pedit. Iō Gilbert⁹ porretan⁹ ē. xj. dicit sic. Sicut amor terrenaꝝ occupatōnū ipatiēs

est. suis satis habet inseruire negocijs. ocio gaudet. quiete foueat. ad internā dilectiōem libera tpa habere volēs. Sequit. O q̄ dulcis est amāti animū dimidiare cū xpo z mūdo. Et q̄ dux est in dilectiōis iura pegrias admittere curas. z celeste secretū secularib⁹ infestari turbis. Sequit. Amor nihil magis vult q̄ amare. Hec ille. Et sic patet q̄rtum signū charitatis pfecte ¶ Quintū signū intrinsecū pfecte charitatis sunt affectiōes extatice. Extasis aūt est excessus mentis ait Papias. Rō hui⁹ signi est. qz sicut dicit Dionysi⁹. iij. de diuis no. Amor in deū tendēs est faciēs extasim spūs. Et reddit rōem ibidez dicēs. Quia amor nō pmittit amatores esse suj ipsor⁹ p mētis sobrietatē. sz eor⁹ q̄ amātur p mētis excessum. sed illi q̄ sui non sunt alior⁹ extra se sunt. Quia sicut dicit Bern⁹. li bro de pcep. z dispen. paz añ finē. Nō est p/sentior nr̄ spiritꝰ vbi aīat q̄ vbi amat. Nō tamē intelligēdū est quantū ad conatū affectionis. Huc aūt excessum nō potest facere nisi charitas pfecta q̄ p fortē inclinationem causat tendētiā vehemētē i rem amatā. Nō ostēdit Dyonisi⁹ ibidē p exemplū dicens sic. Un̄ beat⁹ Paul⁹ in amore dei magnifice excellēs dicit Gal. ij. Viuo ego. iā nō ego. viuit aūt in me xpc. Sequit. Hoc aūt dic verus amator. z extasim passus viuēs deo z n̄ sibi. Hec exponēs vercellen⁹. in plo. sup Lātic. dicit sic. Viuo ego vita naturali. iam nō ego p imitationē excessinā ad eternitatis immensitatē q̄si absorpta z suo officio suspēsa dirigor moueor doceor z regor vita super/substātiali cui vnior. qua repleor. viuit autē in me christ⁹. id est. sic anima sobria me regit naturaliter z disponit ad omnē actū interiorem. sic virt⁹ xpi cui vnior gratuite me viuificat z ad omia disponit. Sequit. Hec dixit sicut ver⁹ amator. Ver⁹ amator est qui i solū z summe z pe diligibile z desiderabile i mediate. z ppter ipm supintellectualiter tendit. Hec ille. Et sic patet quintū signū charitatis pfecte. Sunt tamē plura alia signa caritatis pfecte. sed hec ppter breuitatē ad p̄sens sufficiant.

¶ Distinctio q̄nta ¶ Articul⁹ p̄mus.

Quinto videndū est qualiter charitiua affectio a sanctis doctoribus distinguat⁹ p grad⁹. Dicit em̄ Augusti. sup can̄. Joh. sic. Hunc̄d mor vt nascit charitas. iā prorsus pfecta est. imo vt pficiat nascitur. cū fuerit nata nutrit. cū fuerit nutrita roborat. cū fuerit roborata pficit. z cū ad/perfectū venerit dicit. Sufficio dissolui z esse cū christo. Ex quo patet q̄ in charitate sunt diuersi gradus. Et qz Augustin⁹ in epla ad Macedoniū dicit sic. Tāto nobis melius quāto magis ad deū im⁹ quo nihil melius est. Im⁹ autē nō ambulādo sz amādo. quē tanto habebim⁹ p̄sentiorē. q̄nto cundē amores quo in eū tendim⁹ potuerim⁹ habere purio/res. Hec ille. Et q̄m maior z minor puritas in gradib⁹ inuenit charitatis. ideo de gradib⁹ eor⁹ videndū est. quō ab infimis ascēdamus ad medios. z p medios veniamus ad sūmos. qz vt ait Gregor⁹ mora. xxij. Nemo repēte fit summ⁹. sed p grad⁹ ad summū pue/nitur. ¶ Propter qō notandū est. q̄ quidā distinguēdo grad⁹ charitatis siue amoris ē tuiti incipiūt ab infimo gradu amoris ascēdo vsq̄ ad grad⁹ amoris violēti. Et quidam alij docēt ascēdere vltra p grad⁹ amoris violēti vsq̄ ad grad⁹ amoris seraphici

¶ Primo igit̄ notandū q̄ quidā doctor vt Cantuar. sup canti. incipit rōnabiliter ab infimo gradu charitatis siue amoris gratuiti ascēdendo p sex grad⁹ vsq̄ ad gradus amoris violēti siue vehemētis. dicēs. Nō omnis amor inducit languorē siue vulnerat. sed vehemēs amor. q̄ habet sex grad⁹ precedētes. quos enumerat ibi dicēs. ¶ Primꝰ amor ē gradus intēporalis siue incōparabilis. z iste est cōmunis omniū electorū. ¶ Secūd⁹ gradus est incōtaminabilis. z iste est mūdi contemptor⁹ z religiosor⁹. ¶ Tert⁹ gradus est amor infatigabilis. z iste amor est iugiter p/ficiētiū z cōfessorū. ¶ Quart⁹ gd⁹ est amor insepabilis. z iste est bonor⁹ cōtemplatiuor⁹. ¶ Quint⁹ grad⁹ est amor insuparabilis. z iste est christi martyr⁹ siue victorū. ¶ Sext⁹ gradus est amor insatiabilis. z iste est iugit̄ desiderantiū. vt solitariorū. His sex gradib⁹ decursis. sequit amor violent⁹ inducens langu/orē ¶ Primꝰ gradus charitatis siue amoris z infim⁹ est amor intēporalis. q̄ est cōmunis omnib⁹ electis. q̄ est tante virtutis q̄ omne peccatū mortale ab aīma expellit. z deū sup omnē creaturā diligit. Et hic grad⁹ est necessitatis. vt ostēdit dn̄s in euāgelio Matthei. x. vbi dicit. Qui diligit patrē z matrem. z̄. nō est me dign⁹. Ergo sup omnia diligendus est de⁹. Unde Anſ. monol. c. lxxx. dicit. q̄ creatura rationalis nihil debet diligere.

nisi summā essentiā aut ꝓpter illā. Ratio isti us est. quia in q̄ est summa diligibilitas. sū/me debet diligi. hoc aūt est dē. ¶ Secūd⁹ gradus amoꝛ charitatiui est amoꝛ incōta/minabilis. z hic grad⁹ est mūdi cōtemptoꝛū qui tāte est virtutis vt hominē a mundana cōuersatiōe abstrahat ne mens polluat z ne charitas ab o pe impediat. Unde Johes. s. cano. sua. c. ij. dicit sic. Si quis diligit mun/dum. nō est charitas patris in eo. qm̄ omne qđ in mūdo est. aut est cōcupiscētia carnis aut cōcupiscētia oculoꝛ. aut superbia vite. Ratio ist⁹ est. qz ignis amoꝛis vt dicit Lin conien. in angel. hierarchia. sepat et hꝛoge/nia z vnit homogenia. sepat em̄ oīe incon/uenies ab amato. ¶ Tert⁹ grad⁹ charitati ni amoꝛis est amoꝛ infatigabilis. Et iste est iugiter pficientiū z xp̄i cōfessoꝛū. q̄ est tante virtutis vt aīam nō sinat q̄escere donec iue niat quē diligit. Unde Cañ. iij. dicit. In le/ctulo meo q̄siui p noctē ꝛc. Surgā circuibo p vicos z plateas querēs quē diligit aīma mea. Nō exponēs Ozige. dicit. Querēdus es dñe cū frequētia laboꝛ; nūc in lectulo lu/mine veritat; nūc p noctes feruoꝛe charita/tis; abiecta suꝑstitione naturalis rationis. Sequit. Sol⁹ amoꝛ te inuenit. quia qui te amat te habet vt amet; amat vt habeat z ne te in eternū ꝑdat. Hec ille. ¶ Quart⁹ grad⁹ amoꝛis charitatiui est amoꝛ insepabilis Et hic est assidue cōtemplātiū. Et hic gradus tāte ꝓfectus est vt ꝓtinuis stimulis agitꝫ mē tem ꝓtēplatoꝛis ad cōprehēdendū dilectū. donec tādē dicat. Inueni quē diligit aīma mea. Et dicit Bef. Quis te nō teneat domi ne Jhū q̄ tenentē te spe foꝛtificas. ꝓfectōne decoꝛas. pseuerātia cōducis. remuneratiōe ꝑducis. Ego aūt nō dimittā te nisi benedi/xeris mihi z nūq̄ dimittā te. quia nō bñdi/cis nisi tenentē te. Istū gradū videꝛ babuis se apostol⁹ cū dixit Roma. viij. Quis separa bit nos a charitate xp̄i ꝛc. ¶ Quint⁹ graduſ amoꝛis gratuiti est amoꝛ insupabilis. et hic est xp̄i martyꝛ z aduersitatiby nō cedentiuꝫ. q̄ est tāte foꝛtitudinis. vt in libꝛo de moꝛiby ecclie dicat Aug⁹. Nihil tā duꝛ atq̄ ferreuꝫ qđ nō igne amoꝛis vincaꝛ. Et Hieronym⁹ in quodā ꝓmone dicit. Nihil amātiby duꝛū est. null⁹ laboꝛ difficilis. Sequit. Amem⁹ z nos xp̄m z facile videbiꝛ esse omne difficile. Ratio hui⁹ est. qz sicut dicit Augustin⁹ ō san cta viduitate. Nullo mō oneroſi sunt amo/res amantiū. sz ipi delectāt. sicut venantiuꝫ aucupantiū z piscantiū laboꝛes. In eo em̄ qđ amaꝛ aut nō laboꝛaꝛ. aut laboꝛ amatur. Amoꝛ aūt reddit min⁹ sensibilez. ait Augu. ¶ Sextus grad⁹ amoꝛis gratuiti est amoꝛ insatiabilis. Et hic est iugiter desiderātiuꝫ. z solitarioꝛ. Hic grad⁹ tāte foꝛtitudinis est vt nihil sibi sufficiat ꝓter vnū solū qđ amaꝛ. z ad ipm̄ semꝑ ampli⁹ in hac vita sitiꝛ z desi/deraꝛ. Ratio hui⁹ est. qz sicut dicit Rich. libꝛ. de charitate. Charitas ista semꝑ inueiꝛ qđ adhuc ꝓcupiscere potest; qz quicq̄d agit desi deriū ardētis aīme nō satiat; sitit z bibit. bi/bendo sitim nō extinguit; sz quo ampli⁹ bi/bit. eo ampli⁹ sitit. Auida em̄ imo z insatia/bilis aīme sitis vel esuries nō sedaꝛ sed irri/tatur. Sequit. Quid q̄so amoꝛe sceleſtius. moleſti⁹. acerbi⁹; cū sitim suā nec resistendo tēperare nec inebriando possit extinguere. Hec ille. Ecce q̄ iste grad⁹ amoꝛis iā se extē dit ad violentiaz quandā amātis vt clamet cū psalmista. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuū. Unde Cañ. idē dicit. Istis sex gradi/bus decursis. sequit amoꝛ inducēs languo rem. q̄ est grad⁹ amoꝛis violēti. Et ideo nūc de illo dicendū est.

¶ Articulus secūdus.

Do Et gradibꝫ igit̄ amoꝛis violenti lo/quēs Richard⁹ in tractatu de cha/ritate dicit sic. Uis magna dilectio/nis. magna virt⁹ charitatis. multi grad⁹ in ea. z in illis magna differētia. z quis eos di/stinguere vl saltē dinumerare sufficit. Et di numeratis aliquibꝫ gradibꝫ idē dicit. Su/pza tñ oīes grad⁹ dilectionis est amoꝛ iste ardens z feruēs q̄ coꝛ necessitat z medulli/tus trāsfigit vt veraciter dicat. Uulnerata charitate ego sum. Et sequit. Cogitem⁹ er/go que sit supeminētia caritatis xp̄i. que di/lectionē parentū vincat. amoꝛē ꝓlis superat affectū carnis trāscendit vel extinguit. insu/per z animā suā in odiū vertit. O violentia dilectōis. O violētia charitatis xp̄i. O excel lentia z supeminētia charitatis xp̄i. Hic est de quo loqui volum⁹ de vehemētia charita tis. ō supeminētia ꝓfecte enumeratiōis ascē dendo ad opa violēte charitatis. z inuenio q̄ charitas vulnerat. charitas ligat. chari/tas languidū facit. charitas defectū inducit Quid hoꝛ nō violentū. q̄d hoꝛ nō validū. Hec oīa Rich. Et post hoc ꝓsequit dicēs. ¶ Prim⁹ igit̄ gradus violenti amoꝛis est.

quando mens desiderio suo resistere nō po
test ꝺn vulneret. Nōne tibi corde pcussus vi
detur quādo ille igneꝰ amoris aculeꝰ men/
tem hois medullitꝰ penetrat ;affectūq; trās
uerberat. intīm vt desideriū siue estū cohibe
re animo nō valeat. desiderio ardet. affectu
estuat. anhelat. pfunde ingemiscēs. z lōga su
spiria trahens vt dicat. vulnerata charitate
ego sum. Sed nota q; amor violentꝰ nō so
lum vulnerat amatrices aīmas. sed etiā cele
stes substātias. imo etiā ipm fontē amoris
deū vulnerat. Unde vercellēn. exponēs illō
Cant. Filij matris mee pugnauerūt cōtra
me. dicit. Filij sunt substātie supne ciuitatis.
ex qua ipa assidue spūalia pcipit alimenta,
pugnauerūt cōtra me. pugnātes corporali/
ter spiculis acutis mutuo se feriūt z pūgunt
sic mētes cōtēplatiue speculatōes volatiles
feruētia desideria. subtilia z acute penetra/
tiua immittūt. Primo quidē in panimphos
prorsus eisdē ptransitis in spōsum dirigūt
sagittas acutas volatiles. violēti scz amoris.
vt dicat. Vulneraſti cor meū soror mea spō
sa. Cant. ij. Et sequit. Ex quo a diebꝫ Johā
nis regnū celoꝝ vim patit. Math. xj. ex tūc
em regnū celoꝝ quasi violenter rapit ab his
qui stimulo violēti amoris agunt. Mētes
em celestes ad similitudinē pugnantiū his
spiculationibꝫ z desideriis occurrētes lumi/
nibꝰ feruidis z penetratiuis illos pfundūt.
z ad sui ipius excessum quasi ad quandā spi
ritualē mortē puocant quā eligūt ossa Job
vij. vt viuāt vita sponsi. Dēc vercellēn. De
signo buiꝰ amoris Rich. vbi supra dicit sic.
Dec tibi aīme vulnerate certa sunt signa. ge
mitus z suspiria. vultꝰ pallens atq; tabescēs
que oīa operat amor vehemēs. Sz post
subiūgit vtilitates istiꝰ gradus dicens. In
primo isto gradu spiritꝰ iste intrat super mel
dulcis ad aīam. z inebriat eā intīm vt habe/
re dicat mel z lac sub lingua sua. Et parū pꝰ
dicit sic. Dic est ille cibꝰ celestis qui egredi/
tes de egypto solet reficere. z p solitudinem
ducere z pascere. Doc est illud māna absco/
ditū qđ nemo scit nisi qui accipit. nō per do
ctrinā sed p experientiā. Et hic est ille dulcor
suauitatis spūalis. z tenera suauitas que so/
let lactare z alere z ad maturitatē paulatim
pducere. Et infra. hoc ergo estimo p dilecti/
onis gradū agit vt dū mens sepe visitat. se/
pe reficit. sepe inebriat. quādoq; ad maiora
audiēda puocatur. z ad secundū gradū cha
ritatis disponit. Dec ille. Secundū gra
dum amoris violēti inqt Richardꝰ dicim⁹
illū qui ligat. sicut primū dicim⁹. qui vulne/
rat. Nōne inqt sine oīm cōtradictione aīm⁹
ligatꝰ est quādo omniuq; obliuiscit. vt aliud
meditari nō possit. quia q̄cquid agat. q̄cq̄d
dicat. semp hoc mēte revolvit. phennitq; me
moria retinet. hoc dormiēs somniat. hoc vi
gilans oīm horā tractat. Unde facile est p/
pendere vt arbitror quomō hic gradꝰ prio/
rem gradū trāscēdit. qui mentē hominis nec
ad horā quietā esse pmittit. Sequit. Recte
itaq; dictū est q; prior gradꝰ sit qui vulnerat.
secundꝰ sit iste qui ligat. licet ergo ligare mi/
nus sit quandoq; q̄ vulnerari. tamē maior
violēta videt esse si postq; aliquis percussus
deiicit. dejectꝰ deprehēdit. deprehensus abdu
citur. abductꝰ incarceratꝰ. incarceratꝰ carne
natur atq; ligat. z iam oīmino captiuꝰ tenet.
Quid horꝝ queso maꝰ z violentiꝰ. Ille liber
est. iste autē a loco in quo detinet recedere nō
potest. Sic vtiq; qui a secūdo gradu violē/
te charitatis absorptꝰ est quicq̄d agat. quo/
cunq; se vertat ab illa vna z intima solicitu/
dinis sue cura auelli nō potest. quia ligatus
est. Dec ille. Sed que sūt vincula quibꝰ spi/
ritus siue animꝰ sic ligari potest. Respondz
idē dicēs. Si vultis audire de charitate li/
gante. pphetā Osee. xj. dicit. In funiculis ada
trahā eos in vinculis charitatis. Sz quid
sunt isti funiculi adā primi parētz nostri, ni/
si munera dei? In magna em gloria creatꝰ
fuit. Quid igit sunt ista charitatis vincula,
nisi dei beneficia bona nature. bona gratie
z bona glorie. Dis em beneficētie vinculis
debitores obnoxios nos fecit quia naturā
cōdidit. gratiam cōtulit. z gloriā repromisit.
Ecce funiculꝰ triplex. Funiculꝰ autē triplex
difficile rumpit. Seneca dicit. Qui benefi/
cium accipit. libertatē vendidit. Sequitur.
Adiecit aūt dñs adhuc noua vincula chari
tatis. que manu valida multiplicat sup nos
vt nos sibi artiꝰ astringat que enumerari nō
possunt. Dec ille. Cū his cōcordat vercell.
qui exponēs eandē auctoritatē dicit sic. In
funiculis adā trahā eos. id est. in vinculis ca/
ritatis. Ipe siquidē deus mentē movet i se
ipsum amore. adducitq; suis participationib⁹. q̄
sibus solū cognoscit. Quātē autē ille sint dꝫ
nouit. Richardꝰ igit quasi cōcludēdo dicit.
Sicut in prori gradu degustata suauitas ac
tiat animū. trāsfigitq; affectū. sic i ꝫ secūdo

gradu inspecta claritas cogitationez ligat. vt illꝰ obliuisci vel aliud cogitare nō possit Vincula illꝰ alligatura salutis. Eccli. vj.

¶ Ad tertiū itaqꝫ gradū violēti amorꝫ ascē/dit. quādo omnē aliū amorē excludit qñ ni bil preter vnū vel nisi ꝓpter vnū diligit. Se quitur. In hoc itaqꝫ tertio gradu violente charitatis nihil omino satisfacere potest p ter vnū. sicut z nihil sape potest nisi ꝓpter vnū. vnū amat. vnū diligit. vnū sitit. vnū cū/cupiscit. ad vnū anhelat. in vnum suspirat. z vno inardescit. in vno reḋescit. vnū soluz est in quo reficiāt. vnū solū ex quo satiaḋ. nil dul cescat. nil sapit. nisi hoc vno cōdiaḋ. Sequiḋ Quicḋd vltro se offerat. quicḋd spōte occur rat. cito reiiciāt. cito ꝺculcaḋ qđ suo affectui ñ militat. vel eiꝰ desiderio nō deseruiat. Sed quis huiꝰ affectꝰ tyrannidē digne describat quoniā oīe desideriū expellit. oīem studiuz excludit. oīe exercitiū violēter oppꝛimit qđ sue cōcupiscētie deseruire nō cōspicit. Nuic quid agat. ḋquid fiat. quicḋd cogitet. inuti le imo intolerabile videḋ nisi in vnū sui desi derij finē cōcurrat. Cū aūt frui potest eo qđ diligit oīa pariter se habere credit. sine illo aūt borrēt oīa. corpe deficit. corde tabescit ac langueſcit. cōsiliū nō accipit. ratiōi nō ac/quiescit. nullā ꝺsolationē admittit. sz clamat cū sponsa. Nūciate dilecto quia amore lan/gueo. Can. v. ibi ait glosa. Pre amoris ma/gnitudie oīa tēporalia sunt mihi fastidio. Sequitur. ¶ Tertiꝰ itaqꝫ gradꝰ est amorꝫ quādo mēs rapiḋ in deū luminis abyssum. ita vt humanꝰ animꝰ in hoc statu omniū ex teriorꝫ oblitꝰ penitꝰ nesciat seipm. totꝰqꝫ trā/seat in deū suū. In hoc itaqꝫ gradu cōpescit plene carnaliū desideriorꝫ turba. Et fit in ce lo silentiū qsi dimidia hora. In hoc nāqꝫ ḡ/du dū mens a seipsa alienaḋ. dū in illud diui nū secretariū rapiḋ. dū ab illo diuini amoris incēdio circūdaḋ. intime penetraḋ z inflāma tur. seipam penitꝰ exurit. z diuinū quendaz affectū induit. z inspecte pulcritudini ꝓfigu rata tota in aliā gloriaz trāsit. In hoc statu aima in illū quē diligit liquescit z in seipa to ta langueſcit. vt dicat. Fulcite me floribꝰ. sti pate me malis. qz amore langueo. Nec ille. ¶ Sed nota ꝙ triplex est languor. Primꝰ est defectꝰ corpis ex intēsione feruoris. amo ris. vel charitatis. Unde glosa dicit sic. Jaz aima supradictis cōfortata ita in amore dei ardet vt p nimio ardore languor carnis im/mineat. Crescēte eī virtute mētis. ḋcrescit fortitudo corpis. ait glo. sup illō Deū. xxxij Angelꝰ dūi tetigit neruū zc. ¶ Itē est aliꝰ languor charitatis respectu tempaliū. Un/de glosa ibidē. Nro inquit ad amorē spōsi se accēdit mens. tāto ab amore tēporaliū lā/guescit. ¶ Itē est aliꝰ languor respectu tri/bulationū. Habet eī amor plagas suas fm Augu. que quādoqꝫ amarissime infligūtur. De his mbꝫ dicit Origenes sic. Si sic lan gueſcat seruꝰ christi in spe eterne visiōis. vt caro pressa nō lasciuiat. mūdus fallax nō in uoluat. tribulatio vtilis eos custodiat. cum quo suis in tribulatiōibꝫ est ipe deꝰ. ps. Cuz ipo sum in tribulatiōe zc. Et Richardꝰ con cludēs i fine dicit sic. Primꝰ gradus affectū sauciat. z sic secūdus sauciatū ligat. sic tertiꝰ actionē implicat vt animꝰ circa aliqua occu pari nō possit nisi quo eā voluntatis diuine nutus trahit vl impellit. Et sic qui ad hūc tertiū gradū amoris pfecerūt. nil iā ꝓpa volūtate agūt. nihil omino suo arbitrio re/linquūt. sed diuine dispēsationi oīa cōmit tunt. Nec ille. Sed hic caute intelligas. vt nō cooperatiōem totaliter excludas creature Unde Richꝫ idē addit dicēs. Sic artifex li quefactis metallis formā quācūqꝫ voluerit imꝑimit. sic aima in illo statu ad omnē di/uine volūtatis nutū se facile applicat. immo spōtaneo quodā desiderio ad oīe eiꝰ arbi/triū seipam accōmodat. z iuxta diuini bene placiti modū omnē volūtatē suā informat. vt obediat cū christo vsqꝫ ad mortez. Huic eī exēplari quilibet se debet cōformare qui vult summe charitatis gradū attingere.

¶ Quartꝰ gradꝰ violēte charitatis est vt ait Richardꝰ ibidē. quādo estuātis animi desi derio iā oīno nihil satisfacere potest. zio ad defectū ducit. Sequiḋ. Quis huiꝰ supre mi gradꝰ violentiā digne pensare sufficiat. quid queso cor homis ꝓfundi penetrat. ve hementi exagitat. cū sitim suā nec resistēdo tempare. nec inebriando extinguere possit. In hoc quarto gradu est amor insupabilis quia aliꝫ affectui etiā maiori nō cedit. Inse/parabilis est qz a memoria nunqꝫ recedit. singularis est. quia sociū nō recipit. insatia/bilis est. quia ei satisfieri nō poterit. Sequi tur. Quāta est excellētia ipi amoris ḋ oēm aliū affectū excedit. Quāta queso vehemen tia que mentē quiescere nō sinit. quāto obse cro violētia charitatis ḋ omnē aliū affectuz

violenter expellit. quanta supeminentia cui omnino nihil sufficit. O excellentia amoꝛ. O violentia dilectiõis. O charitatis vehementia. O emulatiõis supereminẽtia. Et infra dicit. In primo gradu aque multe non potuerũt extinguere charitatẽ. In secũdo gradu aĩma ponit dilectũ suũ sup coꝛ suum sicut signaculũ. eo ꝙ illum oĩno obliuisci nõ potest. In tertio gradu si dederit homo omnẽ substantiã suã p dilectiõe. quasi nihil despiciet eã. eo ꝙ in re alia delectari non possit. In quarto gradu foꝛtis est vt moꝛs dilectio. ꝛ dura vt infernus emulatio. eo ꝙ ei sit dulce ꝺcq̃d p ꝺo facere vl̃ sustinere possit Hic eĩm omnẽ aliũ affectũ expellit et vincit. Si eĩm ad aliquid affectũ habemus quod ꝓpter deũ nõ diligimus. pfecto adulterinus affectus est. ꝙ summe charitatis cõstantiaꝫ frangit. viresq̃ eius minuit inquãtũ ad aliena aĩmã trahit vel impellit. Sequit. In p̃mo igit gradu diligit deꝰ excoꝛde. In secundo ex toto coꝛde. In tertio ex tota aĩma In quarto autẽ ex tota viꝛtute. Et infra dic̃ fm aliquẽ modũ aĩma in hoc gradu efficit immoꝛtalis ꝛ impassibilis. Immoꝛtalis. quia a vita separi nõ potest. Certꝰ sum. inq̃t apostolus. ꝙ neq̃ moꝛs neq̃ vita neq̃ aliq̃ creatura ꝛc̃. Nõne impassibilis fm aliquez modum videt̃ que illa dãna nõ sentit. que i omni iniuria hilarescit. ꝛ quicq̃d infert ei ad penaꝫ. totũ pſumit ad gloriã. vt cũ apostolo dicat. Libenter gloriabor in infirmitatibꝫ meis ꝛc̃. Et apostoli ibãt gaudẽtes ꝛc̃. Nonne hic gradus amoꝛis violẽti videt̃ animũ hominis quasi in amentiã vel in sanctã insaniam vertere dũ nõ sinit eã in emulatione modum vl̃ mensurã tenere. Nõne summe amẽtie videt̃ esse verã vitã repellere. summã sapientiã redarguere. omnipotẽtie resistere. Nõne vitã repulit qui p fratribꝫ a cꝛisto separari cupit. sicut ille qui dixit. Aut dimitte illis hanc noxã. aut dele me de libꝛo in q̃ me scripsisti. Nõne sapientiã arguere voluit vel doꝛcere qui ad deũ loquit̃ dicens. Absit a te dñe vt rem hãc facias ꝛ occidas iustũ cũ impio. fiatq̃ iust⁹ sicut impi⁹. Non est hoc tuũ facere. Nõne omnipotẽtie resistere temptat quia irã eius mitigare homo pſumpsit atq̃ preualuit. quãdo dominꝰ sentẽtiã mutauit. Ecce in quantã pſumptiõis audaciã pſumatio charitatis solet mentẽ hominis erigere. Dec oĩa Ricb̃ ꝓpostere tñ.

Articulꝰ tertius

De gradibus autẽ seraphici amoꝛis nũc dicendũ est. Nõ ꝙ nos similes actus amoꝛis exercere i hac vita possimus. sed ꝙ nos studeamꝰ aliqualiter imitari eos inquantũ possumꝰ in diuino amore. Primo igit videamꝰ de amoꝛe angelorum in cõmuni. De quo sciendũ est. ꝙ sicꝰ Dyonisiꝰ dicit. v. ãgelice hierarchie. fm trãslationẽ vercellẽ. Amoꝛẽ diuinũ angelorus intelligere oportet immaterialiꝫ. qui est supra mentẽ ꝛ desideriũ indeclinabile in aliꝫ. ꝛ irremissibile a ꝓprio feruoꝛe cõtemplatõis diuine. ꝛ p excessum oĩs substãtie in solꝰ sponsi amplexꝰ tendẽtis. ꝛ nulla anxietate affligere vt accidit in desideriꝫ carnaliũ voluptatũ. quaꝫ appetitꝰ plenus est anxietate. et infra desideriũ nõ volens coerceri vl̃ remitti ꝓpter sui foꝛtitudinẽ. ad id quod appetit. et inconuertibilitatẽ ad id quod nulla actõe valet intercidere. ꝓpter hoc ꝙ pure deũ et simpliciter desideraꝫ. ꝛ nihil est quod possit eos ab eius amoꝛe reuocare vl̃ retardare. Et qz semp deus est vnifoꝛmis ꝛ equaliter bonus ꝛ pulcer. ꝛ quia ipe habet in se simplicissime omnẽ speciẽ desiderabilẽ vt sapientiã. bonitatẽ. pulcritudinẽ. eternitatẽ. omnipotẽtiaꝫ. ꝛc̃. ꝛ fm oĩa est totꝰ desiderabilis. Eaĩ. v. Ideo trahit plenarie intime irreuocabiliter se omniũ suoꝝ oĩa desiderabilia cõprehẽdẽ. Dec ille. Et cũ hoc concoꝛdat ille Ang. in soꝝ. Dec ille. Et cũ hoc concoꝛdat ille Angelꝰ exconien. cõmentatoꝛ ibidẽ dicit sic. Angeli ex rationis abũdantia sciẽtes illud quod appetunt esse desiderabile. ꝛ vere ꝛ vehementissime ꝛ totis viribꝫ desiderandũ ꝛ amandum amoꝛe puro. ꝛ nõ in aliud tendente. Illud i illa tentio a nulla potentia intercidi potest vel impediri. ꝛ est ipe amoꝛ tentio ꝛ pgressio ad aliud. ꝛ amplexꝰ illius adepti. nec aliqua ratione aut modo aliquo retinet aut remittitur coꝝ tentio in illud aut pgressus aut illud adeptũ amoꝛis amplexu deserit. Dec ille. Ex his apparet quantũ amoꝛ angelorus excedit amoꝛẽ nostrũ. saltẽ quantũ ad actus ꝛ opatiõem Non inueni in scriptura sacra ꝙ duos amoꝛis angelici distincte traditos nisi duos amoꝛis angelici distincte traditos nisi seraphin. De quoꝝ amoꝛe Dyonisiꝰ. ca. vii. angelice hierarchie loquẽs ponit ꝺnq̃s gradus vel magis quinq̃ ꝓpriet̃ates dicẽs Eoꝝ gruũ est vt in supremis substãtiis oꝛdinesp ma hierarchia que sup ceteras exaltat̃, ꝛ ar

ca deū īmediate collocāt. ad quam tanq̄ deo proximā principali⁹ deferunt. primo dī influitiōes z pfectiones. Et ill⁹ hierarchie ordo p̄mus seraphin. id est. calefaciētes z incendentes interp̄tant. Sequit. Interpreta tio autē ist⁹ nomis seraphin incendētes vl' calefacientes iuxta naturales proprietates ignis qui incēdit z calefacit. nobis significat eternā mobilitatē substantiaz illius ordis circa diuina. z incensibilitatē z caliditatem z acutū z supferuidū. Alia translatio habet. z excedentē feruorē sempiterne motiōis eorū in deū que attentissima est z irremissibilis. z in aliud desiderabile nunq̄ declinās. Hec verba occultissima sunt. ideo linconien. cōmentator exponēs ea dicit sic. Ad hos dei formes habitus tā excelsos z a nostra infirmitate longinquos. z visui nostro tā abscondi tos exponēdos oīno minores sumus. Verisimile est em̄ hoc esse de archanis verbis que paul⁹ in raptu suo audiuit que homini nō licet loqui. Hec tamē Dyonisio q̄ si specialissimo discipulo z celesti eius p̄ciui locutus est. que iste vt existimo nō omnibus communiter sed puritate intelligētie z diuinis illuminationibz z gratia p̄uilegiatis. ac p hoc super hoiem elcuatis decreuit cōmunicare. de quoz numero ego nō sum. tamē cōmunicabo ea inquantū possum. Hec ille. Similiter cōmentator Hugo ostēdit subtilitatē istoz verboz. z dicit sic. Si quod sentio dicam. primū hoc fateor q̄ verba audiui aut nō homini dicta aut nō dicta ab homine. Nam p hominē ea dici tam magnuz mihi videt vt nihil amplī⁹ homini dari possit. Et quia forte verba illa ab istis nata sūt qui audirī potuerūt. dici nō debuerūt. Nā ille qui hoc dicebat vsq̄ ad tertiū celū penerat z intrauerat in p̄adisum dei. ibiq̄ vera audierat. de verbo quedā secreta omino z p̄ima silentio vsq̄ ad que auris humana non cōtingeret que nemo audiret. nemo sciret. Intus em̄ audiebant ibiq̄ dicebantur z nō poterāt exire foras vbi erat homo. p terea ab eo qui int⁹ erat z valde int⁹ introz sus audirī potuerūt. sed his qui foris erant dici non debuerūt. ne tamē qui foris erant derelinquātur si ab eo qui intus erat nō vocabo nata fuerāt. de verbis que intus seruari debuerūt. verba que foris proferri debuerant. de immēsis magna. de occultis obscura. de inpenetrabilibz profunda. que a nobis audita sunt tanq̄ tonitrua. vtrū intellecta nescio. Et addit ibidē. Si hec nō gustātur. nō amātur. z si nō intelligunt vane audiunt. In amore autē fit gustus. id est. experientia que est magistra intelligētie z nostra cōsummatio. Hec ille. Igit̄ qui volunt hoc pfecte intelligere p̄mo experiant. Narrata aūt difficultate istoz verboz. p̄dictoruz doctoz expositiōem videam⁹ vtroz̄q̄ Dri ma igit̄ p̄prietas seraphici amoris sine supmus grad⁹ fm Dyonisiū est semp mobile. De quo linconiē. z cōmētator Hugo p̄corditer dicūt. Quauctor volēs ostēdere p̄prietates amoris q̄ feruēt seraphin. sic ea significauit p ignē. sic eoz deiformes habit⁹ signat p ignis p̄prietates. Ignis nāq̄ p̄prietates sūt. sempiterna nō interrupta mobilitas. caliditas. acumen penetratiuū z velocitatis acutum z supferuidū. quia in termino caliditatis sibi eoz que cōtingit est assimilatiuū. Et infra sequit. Eadē ignis p̄prietas que dr motio amoris. vt estimo signat actionē z amationē nō interruptā nec finitā quiete vl' pausatione ab agēdo. Que em̄ pōt esse alia amoris motio nisi eius actualis amatio que nō in illis celestibz substātijs sicut in nobis q̄nq̄ quiescit z finit̄. sed sempiterne agit existēs intenta vt nō desistat q̄nq̄ ab agēdi motiōe ac p hanc intētionē irremissibilis ab amandi intensiōe z indeclinabilis z inflexibil' ab amando ordinate amatū. z indeclinabile ad aliq̄d aliud inordinate amanduz. Sequit. Hmōi g̃ sp motione p̄dicto modo attēta. et p ℔ irremissibilis z indeclinabil' sp mobilis circa diuina. p̄mo docet manifestatiue cognominatoz seraphin. Hugo cōmētator addit hic. d. q̄ motio dilectōis q̄ ad supiora ē intēta. itima z inflexibil' dr. put autē fit ad obiecta. i. inferiora reductiue z actiue exēplatiuū noiat̄. mot⁹ em̄ ille q̄ in supiori ē exēplatio. in inferiori ē opatio. z ad supiora tēdit vt in eis reqescat. ad inferiora tēdit vt ea ad se reducat. sursum charitas mouet̄ vt illic maneat. deorsū vt redeat. Preterea motio caritatis i supioribz q̄dē ad inferiores reductiua z actiua dr. reductiua i eo q̄ illos ad creatorē suū eodē igne caritatis succēdēs cōuertit. Actiua vo i eo q̄ illos accepta claritate illustratos ad illi⁹ volūtatē exponit. Propt̄ qđ itaq̄ dilectō illoz exēplatiua facta ē inferioz ad supiora occasio tendendi. z fm superiora

incendēdi tanq̄z recalificās ista sc̄z inferiora ꝛ resuscitans in ꝓsimilē caliditatē vt semp ardeant. sed nō equalit̄. Mobile igit̄ amoris est vt nō torpescat dilectio nostra neq̄z tepescat. Hec Hugo ibidē. ¶ Secūda ꝓprietas vel grad⁹ seraphici amoris est incessabile ꝛ infinibile. Et hec ꝓprietas amoris differt a ꝓma. Et cōmētator lincoñ. reddit rōem differētie dicēs. Sic̄ hec pricula. semp mobile tollit interruptiōz motiōis in amatiōe. sic̄ h adiunctū incessabile vel infinibile tollit terminationē durationis. Vel forte intēdit lincoñ. p hoc q̄ dic̄ auctor. incessabile vel infinibile. intēdit exp̄mere hāc ꝓprietatē amoris ad sili tudinē ꝓprietatis ignis. videlicet q̄ sic̄ ignis nō habz terminū in agēdo dū inuenit aptā materiā i quā possit trāsire. Sic amor ꝛ eⁱ⁹ actio nō habēt terminū in agēdo dū inueniunt materiā aptā in quā pūt trāsire. deⁱ⁹ aūt infinit⁹ est. q⁹ infinite potētie. sapīe. bonitatis iusticie. ꝛ mie ꝛc̄. De ipo igit̄ dictus amor ipm trāsiens sp inuenit aptā materiā i quaz naturalit̄ apt⁹ nat⁹ est trāsire. ꝛ ignis qui est amor apt⁹ nat⁹ accēdi. Sequit̄. Amor igit̄ ꝛ amoris motio in diuia. terminū nō habet in agēdo. Signat igit̄ p mobile sp sempiternitas ꝑuans interruptiōz. ꝛ durationis interminationē p incessabile ꝑo ꝛ infinibile amoris ꝛ amatiōis signat̄ augmētabilitas ꝑuās terminū augmētatiōis seu intēsionis ꝛ magnitudinis. Uñ ver⁹ ꝛ cōsuet⁹ sermo quo ꝺr Hod⁹ amādi deū est q̄ sit sine mō ꝛ mēsura. Secūdo idē declarat dicens. Si scibilia sunt infinita. saltē ex infinitate speciez nūeorum ꝛ figuraz. ꝛ his p se accidētib⁹. ꝛ intellectus naturaliter amat oīa scibilia scire ꝛc̄. Tertio idē declarat p reflexionē amoris sup omnē suū actū respectu oīm ꝓtutū. Aduertendū est q̄ p p̄dicta duo noīa. s. p mobile et incessabile seu infinibile ex vi ꝝmonis nō signat̄ act⁹ sz ad ꝓtractos amoris act⁹ natural⁹ aptitudo. Hec oīa lincoñ. ibidē addit dicens. Motio igit̄ illoz spirituū sūme diuinitati appropinquātiū incessabilis ꝺr. ꝛ intēta p intima ꝛ inflexibilis. q⁹ a se p amoris desideriū in deū tendēs ꝛ mobilis sp est. ꝛ nūq̄z in se subsistit. ꝛ intēta vt in illū pgat. ꝛ intima vt ad exteriora nō defluat. inflexibilis vt ad alia extra ipm ꝛ ꝓter ipm non diuertat. mobile ad inquisitionē excitat. incessabile ad pseuerantiā cōfirmat. Hec ille. ¶ Tertia ꝓprietas siue gradus seraphici amoris est calidum. De quo dicit Hugo in cōmento q⁹ h tertio loco ꝓpriet̄ ponit̄. quia sicut mobile p̄cedit vt inquisitionē excitet. ꝛ incessabile sequit̄ vt ad pseuerantiā cōfirmet. ita calidum sequit̄ vt sensum viuificet. ꝛ acutū sequitur vt ad apprehēdendū penetret. ꝛ vltimo superferuidū sequit̄ vt adhesionē ꝛ amplexū quietū manifestet. Require plura ibi si vis. Linconien. aūtē de calido loquēs dicit sic. Sicut ꝑma actio pōderosi vel leuis ꝛ inclinatio ad vniuersalē locū. sic actio ꝓtutiꝫ seu potētie amatiue est inclinatō ad naturale amabile. Nec tñ actio nōdum multiplex est amatio. sic̄ inclinatio pōderosi vel leuis nondū actualis est motio ad locū naturalē cū frequēter sit inclinatio ad quietē rei inclinantis altero ꝓhibēte actū motiōis. Hanc igit̄ inclinationē ꝓtutis amatiue puto significari per calidū. motionē aūt ad naturaliter amabile amplexādū existimo significari per acutū. Ideo sequit̄. Ipaz aūt rei amate amplexationē semp intētionē seu cū illa adhesionem. ꝛ in illā quietationē manifestari p superferuidū. Caliditas em̄ naturaliter est inclinatiua subiecti in dilatationē ꝛ diffusiōez sui in omnē partē. Gaudiū aūt est animi diffusio. sed amor est res que p se ꝛ sola ꝛ sua est gaudiosa ꝛ dilatabilis. Cū igit̄ amor sit res per se dilatatiōis ꝛ diffusiōis participatiua inclinatio ad actū amoris est. Quapropter ꝛ inclinatio ad actū dilationis ꝛ diffusionis. Unde cōueniēter hec inclinatio nomie calidi est expressa. Calor nāq̄z qui int⁹ est non videt ꝛ mouet virtutē incendū latētis. sz q̄ mouet videt. et erq̄ videt. intelligimus virtutē magnā ꝛ violentiā fortē caloris qui latet ꝛ videtur. Calor iste sine tumultu ꝛ actōe sensitiua ad amorē ingredit̄. vt ingressus illius sibi assimilet. ꝛ tandē potēter a seipo ejiciat. ꝛ tandē per calorē totus ignescat. ¶ De isto gaudioso amore dicit richardus sic. Amor est dulcedo saporis intimi. ꝛ quanto ardentius amat. tanto suauiꝰ gustat. Et amor est gaudiū spei. quia vbi amor. ibi spes. ꝛ vbi ē spiritualis amor. ibi est spirituale gaudium.

¶ Quarta ꝓprietas siue gradus seraphici amoris est acutū. Quod exponēs cōmentator dicit sic. Acutū significat quendā impetum amoris. ꝛ vehementiā desiderij ardentis ꝛ penetrātis vt ibi sit vbi est ipm amatus cum ipo ꝛ in ipso. vt non solum ab ipso calidum sit, sed transeat acutum in ipsum.

Poterat em̃ calidũ esse. z quasi de lõge cali/
dum fieri. vt hoc z esset satis amare absentẽ
z p̃sentẽ nõ videre. vel p̃sentissimũ possidere
Sed nõ erat iste amor pfectus nisi acutuz
faceret sibi foramẽ z trãsiret oĩa z penetra
ret donec ad dilectũ pueniret. imo potius i
dilectũ iret. Si em̃ in dilectũ non vadis ad
huc foris amas. neqz acutũ habes dilectio/
niz. z torpẽs diuisus es manẽs extra z ali⁹
a dilecto. z vnũ nõ efficeris cũ ipo. Amor au
tem te vult vnũ facere cũ ipo. z ideo penetrat
oĩa z appropinquat q̃ntũ potest ad vnum
ipm. Unde ꝓpheta ait. Ubi erat impet⁹ spi/
ritus. illuc gradiebant. Impet⁹ acutuz est.
Et infra dicit Acutũ nõ quiescit donec itret
z penetret z dicat. Tenui eũ nec dimittã do
nec introducã eũ in domũ matris mee. z in
cubiculũ genitricis mee. Sed tamẽ ipm ad
sistat extra apud te. vel i partibz tuis. siue an
te hostiũ dom⁹ tue. aut etiã solũmodo i do/
mo tua. qz hoc nõ esset signũ magne dilecti/
onis. nisi vsqz ad thalamũ pueniat z cubicu
lum ingrediat. z vsqz ad interiora penetret z
in intimis requiescat. Ipe aũt ingredit vt z
tu ingrediaris ad illũ. Hec ille. Linconien.
Illud verbũ exponit dicens sic. Acutũ dicit
tam qõ subtile z penetratiuũ est q̃ quod in
morioe velox est. Inhiatioe autẽ tendente i
rem amatã nihil veloci⁹. Unde nihil acuti/
us. nihil subtili⁹ amore. aut penetrabilius.
q̃ natura nõ quiescit donec naturaliter to/
tam amabilis penetrauerit virtutẽ z pfun/
mo significari ꝑ acutũ. Hec ille. Quinta p
prietas siue grad⁹ seraphici amoris est sup/
feruidũ. Hõ linconien. exponit. Primo oĩ/
dit quid sit feruidũ. z quid sit supferuidum.
Dic ergo sic. Feruere dicunt q̃ impresso ca/
lore supra se sursum ferunt. z ꝓprio pondere
in se redeũt. huiusmodi sup se leuatioes z in
se relapsus vicissitudinarie feruores dicunt
Sancti itaqz viri q̃ exarserũt sancti spiritus
gratia. se offerũt in deũ. z exꝓprio põdere re
cidũt in se ab actuali supra se eleuatõe. Hec
vicissitudinates cõgrue dici possunt spiritu
feruẽtes. z q̃ in hoc supemineṫ. supabundã/
ter supferuidi dicunt. Sed orit questio
si angeli quorũ amor defixus in deũ non te
pescit aut remittit. aut aliquo modo decli/
nat ab ipo quomõ dici possunt feruẽtes. z si
feruentes dici nõ possunt. quomodo super/
feruidi dicunt. Respõdz linconien. q̃ potest
dici q̃ sicut dei cognitio in se est sicut mane.
z cognitio ei⁹ in creaturis est velut vespe. sic
amor in se est eleuatior. z amor ipsi⁹ in crea/
turis depressior. Et in hoc vtroqz ipsi⁹ amo
re sese naturaliter ad inuicẽ cõsequente qua
si quedã vicissitudo feruor est spũalis. cuius
supeminẽtia est esse in termino possibilis si
bi intẽsionis. Uel forte (inquit Linconien)
posset dici q̃ amor q̃ deũ angeli amplexant
supferuidus est. q̃ est intẽsus ad summũ. nõ
lentescit nec remittit. sed imobiliter p̃stat in
tentiõis sue summitatẽ. Si em̃ vis caloris
sursuz ferẽtis ptes liquide feruẽtis supra se
posset ea portare z sustinere in sua sup se ele
uatione. ita vt neqz caloris remissione. neqz
ꝓprio pondere relaberent ad inferi⁹. Liqui
dũ huiusmodi vsitato modo loquẽdi nõ di
cerent feruere. sz verissime diceret supferuere
cũ maioris virtutis esset id eleuare z quieta
re in sua eleuatiõe supra se q̃z id solũ eleuare
absqz quietatiõe. z statim laberet inferius.
Et sic patet cognominatio seraphin. Docz
etiã hec ꝓprietas ist⁹ potentie amatiue pri/
mum actũ q̃ est inclinatio. zsequẽter secun
dũ actũ qui est motio animi ad naturaliter
amatũ intendẽs ipm penetrare vt possibile
est. z deinceps docet tertiũ z vltimũ actũ isti
us potẽtie amatiue q̃ est cũ amato iam ade
pto adhesio z quietatio. Intellige tamẽ pri
oritatẽ z posterioritatẽ nature. non tẽporis.
Hec ille. Hugo ꝟo cõmẽtator exponẽs p/
dictũ verbũ. s. superferuidũ. d. Amonet nos
hec res ad magis cogitare de supferuido q̃z
de calido z acuto. Hostis em̃ quõ id qõ fer/
uet quadã caloris incẽdij sui violẽtia iacta/
tur extra se. tollit supra se. z facit motiõz ma/
gnam iuisibili estuatiõe. Hõ em̃ ꝓpus acutũ
fuit in dilectiõe. obsistẽtia oĩa penetrans.
supferuidũ fit. iam bulliẽs in seipso stare nõ
valens. Acutũ em̃ amoris est cũ oĩa tran/
scendẽdo despicit. supferuidũ autẽ cũ etiã se
ipsum cõtemnẽdo relinquit. Hã qui hoc so/
lum appetit qõ amat in illo cõparatiõe. etiã
seipm ꝓtemnit z despicit. Neqz em̃ vere hoc
solũ appeteret si vel semetipm cũ illo amaz.
Non aũt hoc facere potest nisi magna z sin/
gularis dilectio. vt ꝓe amore illi⁹ quod so/
lum diligit. ille etiã qui amat quodã modo
a semetipo despicit. Sic ergo miro modo
ꝑ dilectiõis ignẽ sustollit qui etiã supra se ꝑ
vim amoris expellitur. vt exeat etiam a se.

De septem itineribus eternitatis

Quomodo igit̄ feruet ꝛ quō bullit corde q̄ pceptū amoris supni ignē dū in illū solum qui sursum est appetendū ferk cogitatione et desiderio extra se pijcik. ꝛ supra se elevak. nec se cogitat dū illū solū amat. Et in fine ꝯclu/dit dicens. Ecce dirim⁹ mobile illi⁹ dilectionis incessabile ꝛ calidū ꝛ acutū ꝛ superferuidum. ꝛ intentū ꝛ intimū. ꝛ inflexibile ꝛ exemplatiuū ꝛ reductiuū. ꝛ actiuū. ꝛ recalificans. ꝛ resuscitās. vt ex istoꝝ aliquali cogitatione imitemur. vt possum⁹ in amando celestes substantias.

¶ Distinctio sexta

Exto videndū est qualiter spūs noster p charitatiuā actionē intrinsecū ꝛ eternū secretū dñi Jhu ingrediat. Circa qō notandū est. q⁹ amare deū est accedere ad ipm. ꝛ intrare ꝛ gustare quoniā suauis est dñs. Et hoc oñdit Gregorius. xv. moraliū dicēs sic. Supiora amare iam sursum est ire. dūcz magno ꝺsiderio ad celestia animꝰ inbiat. miro modo hoc ipm qō accipere querit. hoc iā degustat. Et Gregoriꝰ super Ezechꝫ dicit. Quantū quisqz amat. intrā ad ingressum regni appropinqt. Inquantū vero ingredi negligit. intrā recusat. Rō istorum est. qz verꝰ amoꝝ siue charitas nullū patitur mediū inter se ꝛ obiectū qō est deꝰ. sed vehemēter tēdit in ipm imediate. ꝛ ideo nūqz quiescit donec oīa trāseat. ꝛ ad ipm ꝛ in ipm veniat. vt Hugo sup. vij. angel. hierar. dicit. Dilectio siue amoꝝ impetū sui ardētis desideriꝝ sequēs amato appropinquat q̄ntū potest. ꝛ eo amplius intrare ipz cupit. ꝛ esse cū ꝓpo. ꝛ tam ꝓpe vt si fieri potest ꝺ idē ipm sit qō ipm est. ideo sup oīa verius. citius. pfectius pueniꝫ ad deū gressibꝰ affectionū. nō gressibꝰ pedū. Unde Augustinꝰ i epistola ad Macedoniū dicit sic. Tāto nobis melius est q̄nto magis ad illū imꝰ. quo nihil melius est. Imꝰ autē nō ambulādo sed amando. quē tāto habebimꝰ pīsentiorē. q̄nto eū dē amorē quo in eū tendimꝰ poterimꝰ habere puriorē. Nec em̄ charitas vt dicit auctor de spiritu ꝛ aīma. est via dei ad hoīes. ꝛ via hominū ad deū. ꝓper charitatē nāqz venit deꝰ ad homīes. venit in homīes. ꝓper charitatē eligūt homīes deū. diligūt deū. ꝛ ad deū currunt. ꝛ ad deuz pueniūt. Sic familiaris est deo charitas vt mansionē habere nolit vbi charitas nō fuerit. Et ibidē dicit sic. Anima nāqz quā dei pietas respicit. humilitas subiicit. penitētia ducit. iusticia deducit. obedientia cōducit. pseuerantia ꝓducit. deuotio introducit. puritas cōiungit. charitas vnit. Sequitur. Habet aīma in se amorē quo sp̄ potest stare cū deo. Si igit̄ charitatē habemus. ꝛ deū habem⁹ ꝛ in eo manemus. quia deꝰ charitas est. De hac materia reqre plura in hoc quarto itinere q̄si p totū.

¶ Distinctio septima

Eptimo videndū est qualiter spiritꝰ humanꝰ ad veniendū p iter charitatiue affectionis ad intrinsecū ꝛ eternum secretū dñi ab ipo amicabiliter invitatur Cant. iij. dicēte. Surge propera amica mea. colūba mea. formosa mea. et veni. Et huꝰ inuitatiōis allectiuū subiungit dicēs. Veni. quia iā est ambulantiū allectiua ageēs. quia tempꝰ putatiōis aduenit. id est. litas. quia tempꝰ putatiōis aduenit. id est. omniū supfluoꝝ ꝛ grauantiū depositio. Dicit ergo. ¶ Amica mea ꝓpter tuā vnitiuā caritatē. Charitas em̄ est fortissimū vinculū amicicie. quia ipa est vinculū pfectionis. sic dicit apostolꝰ ad Col. iij. Imo fortis est vt dicit apostolꝰ ad Col. iij. ¶ Surge ꝓpter dilecti tui attractiuā amabilitatē. Ego em̄ trahō te mouēdo sicut amatū ꝛ desideratum. ꝛ traho te in vinculis adā ꝛ in funiculis charitatis. Ozee. xj. id est. in vnitiuis attractionibꝰ ꝓme dilectiōis. ait Hercellen⁹. Ꝺ columba mea ꝓpter charitatis tue sinceritatē. Charitas sincera est (ait Bernardꝰ in libro de diligēdo deū) qua ꝓximi bonū eque diligimus vt nostrū. Nā qui magꝫ aut certe solū diligit suū bonū. quinicik nō caste diligere bonū qō propter se diligit nō propter ipsuz homo fm̄ ꝓbetā cōfitebitur tibi cū benefeceris ei. ¶ Propera ꝓpter charitatis tue velocitatē. Nihil em̄ velocius est amore acuto tendēte in rē amatā. ait Lincoñ. sup. vij. angelorum. cui etiā hora breuis lōga videt. vt sū. ¶ O formosa mea ꝓpē charitatꝫ tue pulcritudinē. Cañ. vij. Ꝺ pulcra es ꝛ q̄ ꝺcora charissima i delitijs. ibidē dicit Origē. Mira bilis laus tua nō ex tuo sꝫ ex eo q̄ diligit te. Fide ei polles. spe nites. caritate luces. iusticia splēdes. fortitudīe rutilas. prudētia fulges. tēperātia cādes. Veni p iter charitatis nō diuise. sꝫ integre. que sit ex toto corde. id est. fm̄ Augu. toto intellectu sine errore. ex tota aīma. i. ex tota volūtate sine contradictione. ex tota mēte. i. memoria sine oblīoē Si vnū illoꝝ deest. integre non venis. Ma

ius autē inuitationis subiungit allectiuum. dicēs. Vēni. quia tēpus putatiōis aduenit. i. oīa aggrauātia z impediēntia spiritū itinerantē in itinere charitatis sunt amota. quia charitas opit multitudinē peccatorū. nō q̄rit que sua sunt. z alleuiātia itinerātes collata sunt. scz palmites omniū habituū ꝓtutū. Uercellēs exponēs hec verba dicit. In vite putank. id est. resecank sarmenta. que si in vere manerēt. fructū multiplicē sed min⁹ notes z mor⁹ qui apti sunt in vita actiua fructificare. sed illi fruct⁹ min⁹ reputank respectu fructuū vite cōtemplatiue. Luce. x. Maria optimā partē elegit que zc. Similiter intellectus speculatiu⁹ fructificat in diuinor cognitione p creaturaz inuestigationē. sed ille fruct⁹ min⁹ nobilis est. quia enigmatic⁹ est respectu cognitiōis vnitiue. vt patet. vij. de diuinis noib. vbi dicit Dyonisi⁹. Est iterū diuinissima cognitio dei qua ipe cognoscit p ignorantiā. quādo scz mens ab omnib⁹ intellectualib⁹ z intelligibilib⁹ recedēs. z tandem seipam excedēs vnit radijs eterne sapientie inscrutabilis. pfunditatis. Et sequit. Quotiēs ergo supintellectualiter exercemur ad diuinū radiū. totiēs opus est vt resecem⁹ intellectuales opatiōes. vt docet Dyonisius ꝓmo de mistica theologia. z similiter creaturū silitudines. vt innuit Exod. iij. vbi dicitū fuit Moysi. Solue calciamēta de pedibus. Pedes sunt intellect⁹ z affectus. q̄bus spiritꝰ noster eternū deū accedit. vt supra dictum est. Qui pedes mūdandi sunt ab oīmi sponsa dixit se lauisse Can. v. vbi dicit ꝓcelens. Pedes meos id est affectū z intellectū quib⁹ carpsi itinera charitatis laui z purgaui vel purificaui. quō iterū inquinabo illos vmbris z imaginib⁹ tempaliū. Cū etiā intellectuales opationes z forme in hoc loco. id est supintellectuali exercitio reputentur vmbre z offendicula. Hec ille. Et hec sufficiāt ꝓ quarto itinere charitatis

Quintum igitur

Quinto iter eternitatis p quod spiritus noster venit ad intrinsecū secretum z eternū manerium dñi Jesu est eternor occulta reuelatio. Reuelationes autē eternorū sunt studiosissime cōsiderande. assidue ruminānde. quia sicut dic̄ vercelleñ. super Cātica. c. ꝓmo. Assidua reuelationū spiritualiū ruminatio prebet assiduā cognitionū z exultationū mentis incremētū z ex hoc excessum eternor z ingressuz occultorum cōsequit. Sunt aūt ad maiorē huius itineris cognitionē septē cōsideranda p ordinē. Primo qualiter iter occulte reuelationis eternor iter charitatiue affectiōis sequitur. Secūdo qualiter reuelatio eternor occulta dicat. z qualiter distinguat. Tertio qualiter p sensibilē reuelationē eternor admittat. Quarto qualiter p intellectualē reuelationē eternor spūs noster ad eterna introducat. Quinto qualiter p supintellectualē reuelationē eternor spūs noster eternitati vniat. Sexto qualit supintellectualis reuelatio eternor a nobis acquiratur. Septimo qualiter ad iter occulte reuelationis eternor spiritꝰ noster a domino inuitatur.

Distinctio prima

Primo igit videndū est qualiter iter occulte reuelatōis eternor iter charitatiue affectiōis sequat. De hoc ꝓt assignari ratio talis. Cū ꝑm Augustinū. xiij. lib. ꝓfessi. Charitas siue amor sit pondus inclinās amātē ad amatū. z appropinq̄re facit amato q̄tū ꝓt. vt etiā trāsformet amantē in amatū ꝑm Dyoni. Ideo ḡ appinq̄us ē amās amato. tāto verius subtilius z pfectius sibi fuelatur amatū. Unde Hugo sup. vij. angel. hierarchie dic̄. Cōstat vt q̄ ardenti⁹ diligūt. pfundi⁹ ꝓspiciūt. z subtili⁹ discernūt. Et quia magis pfunde ꝓspiciūt. penlucidio euidēti⁹ cognoscūt. Ergo rectissime q̄to ei na magis amāt. tāto pfectius cognoscūt. Et sic ꝓficat ꝓbū Rich. dicēs li. iij. de ꝓtem. Ex magnitudine dilectōis pēdet mod⁹ diuine reuelationis. iō rōnabiliter illud iter sequit̄ p̄cedens iter ex q̄ pēdet mod⁹ diuine reuelatōis.

Distinctio secūda

Secūdo videndū est q̄liter reuelatio eternor dicat occulta. z q̄liter distinguat

De ꝓmo notādū q̄ reuelatio diuinor ꝛ occulta q̄ nō nisi i occulto p̄cipit. Siue em̄ reuelatio. put ē occultor manifestatio p exteriores figuras fiat. siue p sacras scripturas. siue p illuminatiōes inspiratas. siue p collocutiones exteri⁹ expressas. semp fit i occulto vt ostendit Hugo lib. iij. de archa noe. vbi dicit q̄ in reuelatiōib⁹ necessaria est secretabitatio z mētis collectio z vnio. Un̄ dicit sic.

De septem itineribus eternitatis

latere nõ poterꝫ. Hucuscꝫ Bernñ. At licꝫ idẽ dici posset de circũcisiõe. qz ibi voluit appa/rere pctõr. tñ ħ plus. qz ħ corã turba publi/ce. ibi occulte. Sed nõne ħ timendũ fuerat cũ ipe ãmodo vellet intẽdere ad pdicandũ hesperneret tãcꝫ pctõr. Sed nõ pterea di/misit hũilitaꝫ mgr ãn pfundissime se hũili/aret. Ipe g voluit appere qđ nõ erat i abie/ctionẽ z despectuz sui. sp nos instruẽdo. At otra. nos volumꝰ appere qđ nõ sumꝰ i lau/dem z gl'am nr̃am. Si qđ em̃ in nob videt eẽ pbitaꝫ oñdimꝰ. defectꝰ po celamꝰ cũ simꝰ pctõres z mali. Qual' humilitas nr̃a. Audi sup ħ nõ me ſz Bernñ. q̃ ait fmo. xlij. Lanti. Est hũilitas quã caritas formatz inflãmat z est hũilitas quã nob ꝑitas parit. z nõ bz calorẽ. acꝫ ħ qđẽ in cognitõe. illa in affectu ꝓsistit. Et em̃ si ru temetipm intꝰ ad lumen ꝑitaꝫ z sine dissimulatõe ispicias. z sine pal/patione diiudices nõ dubito q̃n hũilieris. z tu in oculꝫ tuis factꝰ vilioꝛ tibi ex hac vera cognitõe tui. q̃uis nec dũ fortasse illud esse patiaꝫ in oculꝫ alioꝝ. Eris g humil'. sed de ope iterim ꝑitaꝫ. z mime adhuc de amoris infusiõe. Nã si ꝑitaꝫ ipꝰ q̃ te tibi veraciter acꝫ salubriẽ demõstrauit. sic splẽdore illu/minaꝫ. ita affectus amore fuisses. voluisses pculdubio qđ in te ẽ eandẽ de te oẽs tenere sniam quã ipe apud te ꝑitatẽ hr̃e cogꝫceris Sane cꝫ i te dixerim. qm̃ plerũcꝫ nõ expe/dit inotescere oĩb oĩa q̃ nos scimꝰ de nob. acꝫ ipa veritaꝫ caritate z caritaꝫ auctreve/tamur palã fieri qđ noceat agꝫcẽti. Alioqn si ꝓuato amore tui tentꝰ. detines pit ũtra te iudicũ veritaꝫ incluſuz. cui dubiuz ẽ minꝰ te veritatẽ diligere. cui ꝓriũ pfers l' cõmo/dũ vel bonorẽ. Et infra. Tũc si iã apud te/metipm hũiliaꝫ fuerꝫ. necessaria illa hũili/tate quã scrutãs corda z renes ꝑitas sensi/bus ingerit aie vigilantꝫ. adhibe voluntatẽ z fac de necessitate ꝑutẽ. qm̃ nll'a virt' sine ꝓuenientia voluntatꝫ. Tũc aũt fiet illud. si nolis aliꝛ appere forꝫ cꝫ te inuenis intꝰ. Alioqn time. ne ꝺ teipo legas. Qm̃ dolose e/git in cõspectu eiꝰ. vt lueniaꝫ iniq̃tas eiꝰ ad odiũ. Pondꝰ inq̃t z pondꝰ abhoĩatio ẽ apũ deũ. Quid em̃ tu te depciaꝫ in secreto apũ teipm ꝑitatis trutina ponderatꝰ. z forꝫ alte nob cꝫ ab ipa accepisti. Time deum et noli hãc rẽ pessimã facere. vt quẽ hũiliat veritas extollat voluntas. Hoc em̃ ẽ resistere ꝑitati. ħ pugnare ꝫ deũ. Magis aũt acq̃esce deo. z sit volũtas subdita ꝑitati. nec tm̃ subdita. sed z devota. Nõne deo inq̃t subiecta erit aĩa mea. At paz ẽ esse subiectũ deo. nisi sint oĩ hũane creature ꝓpter deũ sive abbati tã/cꝫ pcellenti. sive ꝓĩb ab eo ꝓstitutis Ego pl' dico subdere parib. subdere z miꝛib Sic em̃ decet nos inq̃t iplere oẽm iusticiã Vade z tu ad minorẽ. si vis i iusticia eẽ pfe/ctus defer iferiꝛi. miꝛi te inclinato. Hucuscꝫ Bernñ. Idẽ fmo. xlvij. Lant. sic dicit. Quis iust' nisi humil'. Veniꝫ cũ se ma/nib baptiste. s. ꝑui dñs inclinaret. z ille ex/pauescceret maiestatez. Sine inq̃t. sic decet nos implere oẽm iusticiã. ꝓsũmatõem pfe/cte iusticie in hũilitaꝫ pfectõe ꝓstruẽs. Ju/stus g hũilis. Hucuscꝫ Bernñ. Nec aũt iu/sticia in ħ appet in hũili. qz reddit vnicuiq̃ ius suũ. nõ sumit alienũ. sed honorẽ dat ꝺo z sibi retinet vilitatẽ. Hoc ꝓ meliꝰ cogno/sces si ꝓsideraueris iniusticiã elati qui bona dñi sibi attribuit. De q̃ idez Bernñ. sic dicit lxxxiij. Lant. Sicut de magnis bõis ma/la oriri solẽt. cũ facti eximꝰ de bonis domi/ni vtimur donis tãcꝫ nõ datis. nec damus gl'iam. ita ꝓfecto q̃ maxime videbanꝫ ꝑ ac/cepta gr̃a. p̃ feddita mimi reputãt apud de/um. Ego aũt parco vob. vsus sum modesti/oꝛib vocib. maxio mimoq̃. Sed q̃ sentio nõ exp̃ssi. discrimẽ inuolui. ipe nudabo. op/timũ pessimũcꝫ dixisse debuerã. naz vere z absq̃ dubio eo q̃sq̃ pessimꝰ. q̃ optimus ẽ. si hoc ipm cꝫ optimꝰ ẽ ascribit sibi. Hẽpe pes/simuz ħ. cꝫ si dicat q̃s. Absit. Agnosco. Hr̃a dei sum id qđ sum. studeat aũt optare gl'am ꝑ gr̃a quã accepit. Nõne fur ẽ z latroꝫ Audi at q̃ hmõi ẽ. Ex ore tuo te iudico fue neqnã Quid nequiꝰ ꝺuo vsurpante sibi gl'am dñi sui. Hucuscꝫ Bernñ. Vides quõ pfectio iu/sticie i hũilitate ꝓsistit. z nõ surripit bonorẽ deo. nec sibi attribuit q̃ non ꝺz. certe nec le/dit. prim. nõ em̃ dũdicat eũ. nec alicui se ꝑ/fert hũilis. se miꝛe oĩb reputat. z locũ no/uissimũ eligit sibi. De q̃ idẽ Bernñ. sic dicẽ Lã/ti. xxxvij. Quid scis o hõ si vnꝰ ille quẽ for/te oĩm vilissimũ acꝫ miserrimũ reputas. cꝰ vitã sceleratissimã ac singularit̃ fedissimaz horres. z ꝓterea illũ puras spnẽdũ. nõ mõ ꝑ te. q̃ forte iam sobrie z iuste z pie viuere te confidis. sed etiã pre ceteris omnib scelera/tis tancꝫ omniũ sceleratissimuz. Quid scis inꝯ si melioꝛ z te z illo mutatõe dextere ex/

celsi in se q̃dez futur⁹ sit. in deo vero iã sit. ꝛ ꝓterea nõ mediocrẽ nõ vel penultimũ. nõ ip̃m saltẽ int̃ nouissimos eligere locũ nos voluit. Sed recũbe int̃ in nouissimo loco vt solus vicz oim nouissim⁹ sedeas. teqz ne mini nõ dico ꝓferas. sz nec cõpare ꝓsumas Mucusqz Berñ. Nec hũilitaz virt⁹ multiplicib⁹ auẽtatib⁹ cõmendat ab eodẽ Berñ. Dicit em̃. lxxxv. Cant. Magna res ꝛ sublimis ꝑtus humilitas. q̃ pmerek qõ nõ docek digna adipisci qõ nõ valet addisci. digna a ꝑbo ꝛ de ꝑbo cõcipe. qõ suis ipa ꝑbis explicare nõ ꝑt. Cur hec. Nõ qz sit meritũ. sed qz sic est placitũ cor̃ ꝓꝑbi sponsi aĩe iesu xp̃i dñi nr̃i q̃ est sup omia de⁹ bñdict⁹ in secula. Idẽ in sermo. de gradib⁹ hũilitaz. Humilitas ẽ virt⁹ q̃ hõ verissima sui cognitõe sibi ipi vilescit. Idez in ẽmo. de natiuitate dñi. Sola ꝑtus hũilitas lesẽ caritaz repatio. Idẽ in epl'a ad hereticũ. Sola ꝓfecto non solet gl'iari. nõ nouit ꝑsumere. ꝓtẽdere non ꝓsueuit hũilitas. nõ ꝓtendit iudicio. nõ ꝑtẽdit iusticiã. qz vere hũilis est. Porro hũilitas deo nos recõciliat. deo placz in nobis. Idẽ sup Missus ẽ gabriel. Hemp solet eẽ diuie gr̃e familiaraz ꝑtus hũilitaz. Mirũ ꝓ quãde hũilitaz gr̃a dina solet pietas ordinare. vt q̃nto q̃s plus ꝓficit. eo min⁹ se reputet ꝓfecisse. Nã vsqz ad extremũ exercitũ spiritual' gradũ si q̃s ꝓfecerit aliq̃d ei de ꝓximi grad⁹ ipfectõe relinquek. vt vir ꝑmũ sibi videak adept⁹. Idẽ ibidez. Pulchra pmixtio ꝑginitaz ꝛ hũilitaz. Nec mediocrit placet illa aia in q̃ hũilitas cõmẽdat ꝑginitatẽ. ꝛ ꝑginitas exornat hũilitatẽ. Sz q̃nta putas veneratiõe digna ẽ in q̃ hũilitatẽ exaltat fecunditas. ꝛ part⁹ ꝓsecrat ꝑginitatẽ. Audis ꝑginẽ. ꝛ audis humilẽ. Si nõ potes ꝑginitatẽ. hũilis imitare hũilitatẽ ꝑginis. Laudabil' virt⁹ ꝑginitas. sed magz hũilitas necessaria. Illa ꝓsulit. ista ꝑcipit. Ad illã inuitaris. ad istã cogeraz. De illa dr̃. q̃ ꝑt capere capiat. de ista dr̃. Nisi q̃s efficiat sic̃ paruulus iste nõ intrabit in regnũ celoz. Illa g̃ remunerak. illa exigit. Potes denicz sine ꝑginitate saluari. sine hũilitate nõ potes. Põt inqz placere hũilitas. q̃ ꝑginitatẽ deplorat amissam. Sine hũilitate audeo dicere. nec ꝑginitas marie placuisset. Sup quẽ inq̃t requiescet spũs me⁹ nisi sup hũilẽ ꝛ q̃etũ ꝛc. Si g̃ maria humil' nõ fuisset sup eã spũsctũs nõ requieuisset. Si nõ sup eã requieuisset. nõ impregnasset. quõ em̃ de ipo. sine ipo cõcipet. Patet itaqz. qz vt de spũsctõ ꝓcipet. vt ipa g bibet. respexit dñs hũilitatẽ ancille sue. potius qz ꝑginitatẽ. Un̄ cõstat qz vt placeret virginitas. hũilitas pculdubio fecit. Quid dicis ꝑgo supbe. Maria se virginẽ oblita. gloriak de hũilitate. Et tu negligẽdo hũilitatẽ blandiraz tibi de ꝑginitate. Respexit ait illa humilitatẽ ancille. Que illa virgo vticz sctã. virgo sobria. virgo vticz deuota. Nunquid tu castior illa. nunq̃d deuotior. nũq̃d tua forte pudicicia gratior castitate marie. vt scz sine hũilitate placere sufficias ex tua q̃ illa nõ potuit ex sua. Denicz q̃nto honorabilior es ex singulari munere castimonie tanto tibi tu maiorẽ iniuriã facis. q̃to vite decorẽ sedas pmixtiõe supbie. Idẽ in epl'a. ad Henraz. epm. Caritas. castitas ꝛ humilitas nulli⁹ color⁹ sunt. sed nõ nulli⁹ decoris. nec mediocris decoraz. q̃ dinos q̃z delectari pñt aspect⁹. Quid castitate decori⁹. q̃ mundũ de imundo ꝓceptũ semine. de hoste domesticũ. angelũ denicz de hoie facit. Differunt q̃dẽ int̃ se angel⁹ ꝛ pudic⁹ hõ. sed felicitate. nõ ꝑtute. ꝛ si illi⁹ castitas felicior. hui⁹ tñ fortior eẽ cognoscit. Sola ẽ castitas q̃ in ħ mortalitaz loco ꝛ tpe statũ q̃ndã imortal' gl'ie repñtat. Sola int̃ solẽnia nuptiaz. nuptiaz morẽ illi⁹ btẽ regiõis vendicat sibi. in q̃ neqz nubẽt neqz nubent. pbẽs q̃dãmõ iã celestz illi⁹ ꝓuersatõis expientiã. Mas int̃ celestz illi⁹ ꝓuersatõis expientiã. Mas int̃ rim fragile qõ portam⁹. in q̃ ꝛ crebro piclitat. mur. tenet castitas i sctificatõem instar odoriferi balsami. q̃ ꝓdita cadauera incorrupta ꝑmanẽt. sensus ipa ꝛ art⁹ ꝓtinet ꝛ ꝑstrigit. ne dissoluank i ocias. ne corrũpãt i desideriis. ne carnis voluptatib⁹ cõputrescãt. Ueꝛ q̃n talibet venustate sui. castitas eminere appareret sine caritate. tñ nec pciũ hz. nec meritum. Hec mix qz absqz illa nec bonũ fidei suscipiat. etiã si mõtes trãsferat. Scientia nec illa q̃ linguis loquat angelor̃. martyriuz nec illud. si tradidero iq̃t corp⁹ meũ ita vt ardeã. neqz cũ illa q̃dlibet exiguũ respuit. Castitas sine caritate. lampas sine oleo. subtracte oleũ. lãpas nõ ardet. tolle caritatẽ castitas nõ placz. Jã ꝺ trib⁹ q̃ apostuim⁹. sola tractãda ẽ hũilitas q̃ duab⁹ pmissis ꝑtutib⁹ i tñ est necessaria. vt absqz ista. ille nec esse ꝑtutes videank. Hempe vt castitas siue caritas obtineak. hũilitas mereak. Om̃ hũilib⁹ de⁹ dat gr̃am. Seruat hũilitas etiã virtu-

tes acceptas. qz nec reqescit spūs nisi sup q̄/
eū z hūilem. ꝟuatas ꝓsumat. nā virt⁹ in in/
firmitate ꝓficit. ℍ ē in hūilitate. inimicā oīs
gre oīscz initiū pcti debellat supbiā. z tam a
se qz ab alijs ꝟtutib⁹ supbā illi⁹ ꝓpulsat tirā/
nidē. Que q̄dē supbia ex alijs q̄buscūcz bo
nis viriū suaz magis capessolet incremētū.
Sola hec oīm ꝓpugnaculū q̄ddā frisqz ꝟtu
tū. eius fortit̄ resistit malicie. obuiat p̄sum/
ptioni. Hucusqz Berñ. Igit̄ habuisti mlta
z pulchra de hūilitate in tractatu pñti a ve
rissimo Berñ. atqz hūillimo. Uide vt ea ēt
q̄ de alijs ꝟtutib⁹ tangit. mēte intelligas et
ope cōpleas. ¶ Sed iā ad baptismū dñi re
deam⁹. Postqz g̃ iohes vidit dñi volūtatez
obediuit z eū baptizauit. Nunc ergo eū bñ
ꝓspice. Spoliat em̄ se dñs maiestatz sic̄ qli/
bet alius homūculus. z mergit̄ in aq̄s frigi
dis. tpe frigoris magni. p nr̄o amore opat̄
nr̄am salutē. ꝓstituēs sacrm baptismi. z la/
uans crimia nr̄a. Desponsat g̃ vniuersalez
eccl̄iam. z singularit̄ oēs aīas fideles. Nam
i fide baptismatz despōsamur dño iesu xp̄o.
dicēte ap̄lo in psona ip̄i⁹. Sponsabo te mi
bi in fide. Uñ hec solēnitas z hec operatio
magna z vtilis valde est. Et iō cantat ecc̄ia
Hodie celesti sponso iūcta est ecc̄lia. qm̄
in iordane lauit xp̄s ei⁹ crimia. Et in ℍ ope
ri manifestauit z descēdit. z reqeuit spūssan
ctus sup eū in spē colūbe. z vox p̄ris intonu
it. Hic est filius me⁹ dilect⁹ in q̄ mihi bene cō
placui. In ℍ aūt loco dicit Berñ. Ihm in/
q̄t audite. Ecce dñe iesu. vel nūc iā loqre. li/
centiā loq̄ndi hēs a pze. Mdiu dei ꝟtus et
ꝑlo. Mdiu nobilis rex. z rex celi. fabri filiū
te patez appellari piter z putari. Et em̄ Lu
cas euāgelista testat. qm̄ adhuc filius ioseph
putabat. O hūilitas virt⁹ xp̄i q̄ntū ꝓfūdis
supbiā mee vanitatz. parū aliq̄d scio vl̄ ma
gis scire mihi videor. z iā silere nescio. nam
impudent̄ z imprudent̄ me ingerēs z osten
tās promptul⁹ ad loq̄ndū. velox ad docen/
dū. tard⁹ ad audiendū. Et xp̄s cū tāto tpe
silebat cū seipm̄ abscōdebat nunqz inanez
gloriam metuebat. Quid timeret ab inani
gl̄ia. q̄ est vera gl̄a p̄ris. Utiqz timebat. sed
nō sibi. nob timebat ab illis q̄bz nouerat eē
timendū. Nob cauebat. nos instruebat. ta/
cebat ore. sed instruebat opere. z qđ docuit
postea ꝟbo. iā clamabat exemplo. Discite a
me q⁹ mitis sum z hūilis corde. Nā de īsan/
tia dñi pax aliq̄d audio extunc. Jā vsqz ad
hūc. xxx. annū nihil inuenio. Nūc vero iam
latere non p̄t. qz tā manifeste demonstrat a
pze. Hucusqz Berñ. Et ℍ est auctas quā in
superiori tractatu allegaui. p quā hēs quō si/
luit dñs ihs hūilit̄ ad nr̄az instructōez. Ui
des g̃ vbiqz redolere hūilitatem. De hac li/
benter tibi loq̄r. qz magnifica ꝟtus ē valde. et
ea plurimū indigem⁹. eoqz studiosi⁹ q̄rēda
affectuosiusqz amāda. q̄ dñs in singul̄ suis
actib⁹ tam signanter studuit eā obseruare.

¶ De ieiunio z tēptatōib⁹ xp̄i. Jtē de redi/
tu eius ad mr̄em. De q̄ttuor q̄b⁹ pueniť ad
cordis puritatē. De oz̄one plura bona. De
resistendo gule. Quare z p quib⁹ deus fecit
mirabilia. ¶ Capl̄m. xvij.

Postqz dñs ihs fuit baptizat⁹ incōti
nenti prexit in desertū sup quendā
montē ibi ad q̄ttuor miliaria vl̄ cir
ca. q̄ vocať quarētana. z ieiunauit. xl. diebz z
xl. noctib⁹. z iuxta Marcū erat ibi cū bestijs
¶ Cōsidera g̃ hic z attente ꝓspice ip̄m. plu/
riū ei ꝟtutū exēpla tibi demonstrat. Uadit
em̄ in solitudie. ieiunat. orat z vigilat. iacet
z dormit in plana tra z hūilit̄ cū bestijs con
uersať. Cōpatere g̃ ei qz sp z vbiqz sed ℍ ma
xime vita sua penosa est z corpis afflictiua.
Ac eius exēplo disce ab eo in his exercitari
¶ Nā q̄ttuor ℍ tangunť q̄ spūalis exercitij
sunt. z mirabilit̄ seinuicē adiuuant. s. solitu/
do. ieiuniuz. oz̄o z afflictio corpis. Et p ista
maxie puenire possum⁹ ad cordis puritatē
q̄ puritas vtiqz ē nimiū poptāda. eo q⁹ in se
oēs ꝟtutes q̄dāmō cōpl̄ēdit. Cōtinet ei ca
ritatē. hūilitatē. patiam z ceteras ꝟtutes. et
remotionē oīm viciox. qz cū vicijs vl̄ cū de
fectu ꝟtutz nō stat puritas cordis. Et p̄xte/
rea i collatōib⁹ sctōz patz tradiť q⁹ totū ex/
ercitiū monachi dz eē ad cordis puritatez
hñdā. Dec enī ēp qđ hō merek videre deū.
dicēte dño i euāge. Bti mūdo corde. qm̄ ipi
deū videbūt. Et ꝑm Berñ. Qui clarior ē. il
le deo ꝓpinq̄or. Esse aūt clarissimū pueisse ē
Ad hāc āt hñdā. mltū valz oz̄o seruēs z assi
dua. de q̄ pleni⁹ infra doceberz. Sz oz̄o cū
crapula vl̄ ingurgitatōe corpis vl̄ ei⁹ molli
cie vel ociositate pax valet. Et iō requirit
ieiunium z afflictio corpis. discreta tamen.
Naz indiscreta impedit omne bonū. Pre/
terea ad oīm predictorū ꝓsumatiōez videk
facere solitudo. Nam cū tumultu z strepitu

nō pōt decenť oratio fieri. ꝛ videre ꝛ audire multa. vix fieri pt sine impuritate ꝛ offensa Oculos em intrat p fenestras nras ad aias Et io dñi exēplo vade in solitudinē. i. q̄ntū potes te sepa ab aliaꝝ ꝯsortioꝝ sis solitaria si vis ei ꝯiūgi ꝛ p puritatē cordis eū videre. fuge etiā collocutōes ꝛ maxie seculariū pso naꝝ. Nō q̄ras nouas deuotōnes ꝛ amicicias. Nō impleas oculos ꝛ aures fantasmatib⁹ vanis. ꝛ oia q̄ q̄tē animi ꝛ trāq̄llitatē mētis pturbāt tāq̄ venenosa ꝛ aie inimica deuita. Nō em sine cā scti pres petebāt nemora ꝛ loca remotissima ab oi hoim ꝯuersatione. Et nō sine cā mandabāt his q̄ in ceno būs remanebāt. q̄ essent ceci surdi ꝛ muti. Ut autē h̄ meli⁹ intelligas. Audi q̄d sup h̄ dicit Bern̄. ser. xl. Cant. Tu inq̄s si ad spūsscti incitamēta mouer. ꝛ inardesc. dare operā quō aiam tuā facias sponsaz dei. sedeas fm ꝓphetam solitarius qm̄ leuasti te sup te volēs angeloꝝ dño desponsari. An nō sup te. adherere deo. atq̄ vnū spm esse cum eo. Sede nāq̄ solitari⁹ sic turtur. nihil tibi et turbis. nihil cū multitudine ceteroꝝ. etiāq̄ obliuiscere pp̄lm ꝛ domū pris tui. ꝛ cōcupiscet rex decorē tuū. O scta ania sola esto vt soli oim serues teipam. quē ex oīb⁹ tibi elegisti. Fuge publicuz. fuge ꝛ ipos domesticos. secede ab inimicis ꝛ ab intimis ꝛ ab illo q̄ tibi mīstrat. An nescis te verecundum h̄re sponsuz. ꝛ q̄ nequaq̄ suā velit tibi īdulgere pñtiā. pñtib⁹ ceterz. Secede g̃. sed mēte nō corpe. sed intentiōe. sed deuotiōe. sed spū. Spūs em ante faciē tuā xp̄s dñs. spiritusq̄ req̄rit nō corpis solitudinē q̄q̄ interdū ꝛ corpe nō ociose te sepas cū oportune potes. p̄sertim tpe ozois. Et infra. Solus es si nō cōia cogites. si nō affectes pñtia si despicias q̄d multi suscipiunt. si fastidias q̄d multi desiderāt. si iurgia deuites. si dāna nō sentias. si nō recorderz iniuriaꝝ. alioq̄n nec si solus corpe es. sol⁹ es. Vides ne posse te esse solū etiā int̄ multos. ꝛ int̄ multos cū solus es. solus es in q̄cūq̄ hoim cōuerseris frequētia tm̄ caue aliene ꝯuersationis esse aut cnriosus explorator aut temerari⁹ iudex. Hucusq̄ Bern̄. Vides quō necessaria sit solitudo. ꝛ quō nō sufficit corpal' sine mentali. Sed vt mētalis habeat' oportet corpalē esse artissimā vt mens p exteriora nō effluat. vt se cū sponso suo recolligere possit. Igit̄ toto affectu. toto posse tuo coneris imitari dñm ih̄m spōsum ꝛ solitudie ꝛ ozone ꝛ ieiunio ꝛ corpis afflictōib⁹ discretis. In eo vero q̄ cōuersat' cū bestijs. discet int̄ alios būiliť ꝯuersari. ꝛ eq̄nimiť tolerare. etiā eos q̄ tibi videnť aliq̄n irrōnabiliť se h̄re. Ipm aūt dñm. sepe in hac solitudie visita. ꝯspicies cū q̄liť ꝯuersat' ibidē. Et maxime q̄liter iacet de nocte in era. Quelibz em aīa fidelis deberet eū in die semel ad min⁹ visitare. Maxie ab ephia vsq̄ ad. xl. dies q̄ būs ibi manebat. Cōpletis aūt. xl. diebz domin⁹ esuriuit. Tūc temptator accessit ad eū volens explorare vtq̄ fuisset filī⁹ dei. Temptauitq̄ eū de gula dicēs. Si filī⁹ dī es dic vt lapides isti panes fiāt. sed nō potuit magistrū decipe. Taliť em rñdit. ꝛ sic se habuit. q̄ nec in tēptatōe gule succubuit nec scire aduersari⁹ potuit. quod voluit. Nō em negauit nec asseruit esse filiū dei. sed eū auctozitate scpture cōuicit. Et nota hic exemplo dñi esse resistēdū gule. Nā ab eo incho andū est si vicia volum⁹ supare. Videť em q̄ q̄ gule succūbit imbecillis reddať ad alia vicia deuincēda. Sic em dicit glo. in loco isto sup Math. Nisi ꝑus gula refrenet frustra ꝯtra alia vicia laborať. Postea diabol⁹ assumpsit eū ꝛ portabat eū in hierl'm. q̄ distat inde p. xvij. miliaria vl' circa. Vas autē locoꝝ distātias q̄s pluries in h̄ opusculo tibi narro. ab his audiui q̄ in illis ptib⁹ fuerūt. Cōsidera hic benignitatē ꝛ patientiaz dñi. Permisit ei se portari ꝛ ꝯtrectari ab illa cruenta bestia. q̄ suū ꝛ oim amatoꝝ suoꝝ sanguinē sitiebat. Statuēs aūt eū sup pinnaculū tēpli. temptauit eū de vana gl'a. silr volens explorare qō sup. Sed ꝛ h̄ auctoritate scpture deuincť ꝛ sua intentiōe frustratur. Ex tunc g̃ fm Bern̄. sup ps. Qui habitat. Quia dñs nihil oñdit diuinitaz arbitrat⁹ est hostz eū esse boiem. tēptauit eū retrocio vt boiem. Exinde g̃ assumēs eū reposuit in montē excelsuz ꝓpe. dictū montē de q̄rentana p duo miliaria. ꝛ tūc tēptauit eum de auaricia. sed ꝛ h̄ homicida ille succubuit ptat⁹. Miraris g̃ si nos tēptemur. fuit etiā ipe alias tēptat⁹. Un Bern̄. dicit. Qui q̄rtā temptationē de dño nō legit. iḡrat scpturam. q̄ dicit q̄ tēptatio est vita hois sup terram. Apl's q̄z dicit eū fuisse tēptatū p omia p silitudie absq̄ pctō. Victoria itaq̄ facta. venerūt angeli ꝛ mīstrabāt ei. Hic aūt dili

genter attẽde z ꝓspice dñm comedentẽ solum circũdãtib⁹ angelis z ꝓsidera bñ oĩa que sequẽt. qz pulcra sunt z deuota valde. Et q̃ro q̃d angeli ministrabãt vt comederet post tã longũ ieiuniũ. De hoc sc̃ptura ñ loquit. Possum⁹ aũt hoc victoriosum prandiũ sic volum⁹ ordinare. Et quidẽ si e.⁹ potentiã ꝓsiderem⁹ expedita ẽ questio. qz res quas vellet creare z de creatis hr̃e poterat ꝓ sue arbitrio volũtatẽ. Sz nõ inuenim⁹ q̃ hac potẽtia ꝓ se vl̃ ꝓ discipulis suis vsus fuerit. ꝓ turbis aũt fecit q̃s pauit duab⁹ vicib⁹ in multitudine magna de panib⁹ paucis. De discipulis aũt legim⁹ q̃ eo pñte spicas vellebãt. ꝓpter famẽ z ꝓmedebãt. Sil̃r cũ fatigat⁹ ex itinere sedebat sup puteũ loq̃ns cuidã samaritana. nõ ór q̃ creauit cibos sz q̃ misit discipulos in ciuitatẽ ad querendũ cibos. Hec est verisimile q̃ p miraculũ. qz miracla faciebat ad alio⁹ edificatiõz z in pñtia pluriũ. sz hic nõ erant nisi angeli. Quid g̃ circa ꝑ meditabimur i mẽte. Nã q̃ illo nõ erat habitatio hoĩm nec cibi pati. sz aliũde pata cibaria portauerũt angeli ei. sic̃ ꝓtigit danieli Cũ em̃ abacuc ꝓpheta parasset pulmentũ ꝓ messorib⁹ suis. portauit eũ angel⁹ dñi p capillos de iudea in babylonẽ ad danielẽ vt comederet. z postea in momẽto eũ reportauit. Immoremur g̃ hic z hũc modũ assumamus z iocũdemur cũ dño in ꝑ prandio suo sentiatq̃ mr̃ sua excellẽtissima de hac eadẽ iocũditate z victoria. Pie aũt ac deuote sic meditemur Veniũt angeli sathana repulso in multitudine magna ad dñm Jhm xp̃m. z odorãtes eũ pciderũt in terram dicentes Saluete dñe ihu de⁹ z dñs noster z dñs humiliter ac benigne recepit eos. z cũ capit⁹ inclinatiõe cogitãs se forte hoiem minoratuz paulomin⁹ ab angel⁹. Dicũt ei angeli. Domine multũ ieiunast⁹. q̃d vultis vt vob pem⁹. Et ille. Ite ad mr̃em meaz charissimã. et si q̃d hz ad man⁹. deferte. qz ó nullis cibis sic libẽter vescor sic̃ de suis. Tũc duo ex ipis p gentes in momẽto fuerũt cũ ea. z eã reuerenter salutãtes ambasiatã faciũt z modicũ pulmentũ. q̃ sibi z ioseph z panẽ cũ tobalia et alĩs oportunis portãt. Et forte dña etiam aliq̃s pisciculos si potuit pcurauit. Reuersi ꝑ portãt in plana terra. z mẽse bñdictiõz soleniter pagũt. Cõspice aũt eũ hic bñ i singulis q̃ agit. Sedet em̃ in terra cõpositе ac cu rialit⁹ z sobrie comedit circũstant angeli ministrãtes dño suo. Ali⁹ seruit ei de pane. alius de vino. ali⁹ parat pisciculos. z alĩ cãtãt de cãticis syon z iocundant. z die festũ agũt coram eo. Si liceat dici. ꝓmixtũ est ꝑ festũ cõpassione ꝓmixta ꝓpter quã z nos deberem⁹ plorare. Cõspiciũt em̃ eũ reuerẽter z ꝓsidrãtes deũ z dñm suũ z tot⁹ mũdi creatorẽ q̃ dat escã oĩ carni sic bũliatuz. z sustẽtatiõe cibi corpalis indigentẽ. z comedentẽ sic̃ ceteros de pl̃o. mouent cõpassiõe. clamares z diceres. O dñe q̃nta fecistis. oĩa opa vestra sunt plena stupore. adiuuate me vt ego aliqua patiar ꝓ vob. q̃ ꝓ me tot z tãta sustinuistis. Certe ꝑ solũ te in ei⁹ amore deberet vehemẽter accẽdere. Tandẽ sumpta refectiõe dicit angelis vt reportẽt res. z dicãt mr̃i q̃ cito redibit ad eã. Ipis autẽ reuersis ór oĩbus. Redite vos ad pr̃em z ad gaudia vr̃a. me em̃ adhuc pegrinari oportet. Rogo aũt vos vt me recõmendetis patri z toti curie celesti. Qui pcidẽtes in terrã z bñdictiõez petentes. ea recepta redierũt ad patriã ei⁹ iussa cõplẽtes. z de ei⁹ victoria. z de his nouis totã celestẽ curiã impleuerũt. Dñs aũt ihs volẽs redire ad mr̃em cepit de mõte descendere. Cõspice nũc etiã bñ eũ. quõ sol⁹ vadit pedib⁹ nudis dñs oĩm z ei vehemẽter cõpatere. Venit aũt ad iordanẽ quez Johes videns ad se venientẽ oñdit eũ digito dicẽs. Ecce agn⁹ dei. ecce q̃ tollit pctã mundi. ipse est sup quẽ vidi sp̃m sc̃m quiescentẽ quando baptizaui cũ. Et etiã altera die duz videret ambulantẽ iuxta iordanem dixit sil̃r. Ecce agn⁹ dei. Tũc andreas z etiã vn⁹ ali⁹ ex discipulis iohis iuerũt post ihm. Benign⁹ autẽ dñs sitiẽs eoz salutẽ vt daret eis de se fiduciã. vertit se ad eos z dixit. Quid q̃ritis. At illi dixerũt. Rabi vbi habitas. z ipse duxit eos ad domũ in q̃ tũc se reducebat in ptib⁹ illis. z steterunt cũ eo vna die. Postea duxit andreas petr̃ frẽm suũ ad ihm quẽ alacrit⁹ suscepit. Sciebat em̃ q̃d de eo erat fact⁹. Et dixit ei. Tu vocaberis cephas. z sic in aliquale notitiã z familiaritatẽ venit cum eis Postea volẽs dñs ihs redire in galyleã ad mr̃em discessit de ptib⁹ illis z cepit reuerti. Quẽ etiã nũc cõpatiẽdo respice z vade semper cũ eo. Nã sol⁹ vadit more solito nudis pedib⁹ p tã longã quattuordecim miliariorũ viã. Cũ aũt domũ deuenit mr̃ eũ videns. vltra q̃s dici posset exhilarata surgit. occurrit. z in amplex⁹ strictissimos recipit. cui ipe

se reuerēter inclinauit z etiā nutritio suo ioseph z cū eis more solito māsit.

¶ Feria quarta

¶ De apertione libri in synagoga

¶ Capitulum. xix.

Beuscz per dei gram vitā dñi Jhu ordinate tetigim⁹ pauz vel quasi nihil ō his q̄ sibi cōtigerūt. vel p ipm facta sunt obmittētes. Sed nō sic deinceps facere intēdo. Nimis em̄ esset longū oīa que dixit z fecit. in meditatiōes redigere maxime qz nostre solicitudinis dz esse facta xpi ꝓtinue more beate cecilie portare in secreto pectoris nostri Jgit aliqua ex gestis ei⁹ colligam⁹ in q̄bus meditādo versemur assidue. z ꝫ vscz ad passionē suā. Ex tūc em̄ nihil est obmittēdum. Alia etiā nō debem⁹ ex toto dimittere q̄n p loco z tpe meditemur in eis. Meditatōnes aūt nō intēdo deinceps plixius tractare nisi praro. Sufficit em̄ q̄ rē p eū gestā vel dictam añ oculos mētis ponas. z q̄ cū eo cōuerseris et familiaris ei fias. Nā in ꝫ videtur haberi maior dulcedo z deuotio efficacior. z quasi tot⁹ fruct⁹ hauz meditationū ꝫsistere. vt vbicz z sp intuearis eū deuote i aliquo actu suo vt q̄n stat cū discipulis suis. q̄n cū peccatoribz q̄n etiā loquit eis. q̄n p̄dicat turbe. q̄n vadit z q̄n sedet. q̄n dormit et q̄n vigilat. q̄n comedit. z q̄n alīs mīstrat. q̄n sanat egrotos. z q̄n alia facit miracula. In his aūt z similibz ꝫsidera oīes gest⁹ suos. maxime ꝓtemplās faciē ei⁹ si potes imaginari q̄ sup oīa p̄dicta mihi videt difficile? Illō etiā attēte obserua si forte ipe te cū benignitate respiciat. Et tibi hec sint p recursu z doctrina omniū q̄ sequūt. z vbicūcz narrauero si aliter non exp̄ssero singulares meditationes. vel istas omisero recurras ad hūc locū z sufficit tibi. Ad narratiōem aūt sequētiū accedam⁹

¶ Postcz g̃ dñs Jhs rediit a baptismo cōuersabat humilitatz magister humiliter. vt ante solit⁹ erat. Cepit tū paulatim se manifestare aliquibz docēdo z p̄dicādo occulte. Nō em̄ p totū annū sequentē p̄dicatiōis officiū publice ꝺz assumpsisse videlicet vscz ad miraculū de nuptijs. q̄ō fuit eodē die quando fuit baptizat⁹ anno reuoluto. Et si aliq̄n p̄dicabat. z discipuli baptizabāt. nō tū adeo p̄dicatōem ipam p se z suos frequētabat añ iohānis icarceratōz sicut post. ex hoc nobis tribunēs stupēde humilitatz exemplū. dū iohanni se lōge z lōge inferiori in p̄dicationis officio put ex supioribz pie pcipi aut cogitari potest humiliter deferebat. Nō g̃ cepit cum boatu z pompa sz humiliter z paulatim.

Quadā g̃ die sabbati dū esset in synagoga cū alīs in eccl'ia iudeoz. surrexit legere in libro Jsaie. z legit locū vbi scriptū est. Spūs dñi sup me. ꝓpter q̄ vnxit me. euangelizare pauplbz misit me. Et tūc cū plicuisset librū dixit. Hec scriptura impleta est hodie in auribz vestris. Cōspice g̃ eū quō humiliter suscipiēs lectoz officiū benigno z placito vultu legit inter eos et exponit scripturā. Et q̄ modo humiliē se incipit manifestare dū dicit. Hodie impleta est ꝫ scriptura. i. ego suz ille de quo loquit. Et oza omniū erāt in eū intēta ꝓpter efficaciā verboz. z aspectū būilem z decoz. Fuit em̄ pulcerrim⁹. fuit etiaz eloquētissim⁹. Et de vtroqz sic p̄phetaz dictū fuerat. Speciosus forma p̄ filijs hoim diffusa est gr̃a in la. tuis.

¶ De vocatione discipulorum

¶ Capitulum. xx.

Cepit etiā dñs ihs vocare discip'os z se sollicitū reddere circa nr̃am salutem sp būilitate seruata. Et vocauit petrū z andreā tribz vicib. Prima de q̄ dictū est supza. q̄n erat circa tozdanē. z tūc i aliq̄lē venerūt ei⁹ noticiā. Secūda de nauicula q̄n ceperūt pisces. vt narrat Lucas. Tūc ei secuti sunt eū aio redeūdi ad ꝓpria. Leperūt tū audire doctrina ipsi⁹. Tertia de naui vt narrat matthe⁹ cū dixit. Venite post me faciā vos piscatoz hoim. tūc relictz retibz secuti sunt eū. Silr vocauit Jacobū z Johannē in p̄dictz duabz vicibz vltimis. Et in eisdē locis ꝓtinet de ipis. in q̄bz cōtinet de petro z andrea. vocauit etiā iohem ō nupti is. vt dic̄ Hiero. In textu tū euāgelij nō habet. Itē vocauit philippū dicēs. Seqre me Silr matthēū publicanū. De mō ꝺo vocatiōis alioz nō est scriptū. Cōsidera g̃ z ispice eū in p̄dictis vocatiōibz z conuersatione cū ipis. q̄z affectuose vocat eos. reddens se eis affabilē z domesticū z obsequiosum. attrahēs eos int⁹ et extra. ducēdo etiā eos ad domū mīs. et familiarit vadēs ad domos eoruz.

Docebat z instruebat eos et curā ō ipis habebat p̄cipuā sic mr̃ de vnico filio. Dicit q̄ beat⁹ petr⁹ referebat q̄ qñ in aliq̄ loco doz miebat eū eis. surgēs de nocte. et si aliquem

eoꝝ inueniebat discoopertū recooperiebat eos. qꝛ tenerrime diligebat eos. Sciebat ei ꝙd de ipis erat factur⁹. ꝙuis essent homies rudis ꝯditiōis ꝛ humilis natiōis. tñ ꝓnci pes mūdi ꝛ duces in bello spūali omniū fi deliū cōstituturꝰ eos erat. Et ꝯsidera ꝓ deo a qualib⁹ cepit eccl'ia. Noluit em̄ dñs elige re sapiētes ꝛ potentes hui⁹ seculi. ne ipoꝝ ꝓ bitati ascriberēt opa que fiēda erant. sꝫ sibi hec reseruauit ꝛ in sua bonitate potentia et sapiētia nos redemit.

¶ De cōuersione aq̄ in vinū ad nuptias.

Capitulū. xxj.

Quamuis dubiū sit cuⁱ⁹ fuerant nuptie in chana galilee sic magister ī hystoria scolastica tāgit. Nos tñ medi temur fuisse iohis euāgeliste qō habeat in p logo sup Joh. vbi Hiero. affirmare ℞ vide tur. In eis dña nra fuit. nō tñ inuitata tāq̄ extranea. sꝫ q̄si maior ꝛ dignior ꝛ ꝓmogeni ta inter sorores. fuit ī domo sororꝭ q̄si in do mo sua ꝛ tāq̄ admistratrix ꝛ dña nuptiaruꝫ Qō ex tribꝫ colligere possum⁹. Primo ex eo ꝙ in eis ꝓtinet ꝙ mr̄ Jesu erat ibi. ꝛ de iesu ꝛ discipulis ꝙ erāt vocati. ꝛ sic de alīs ꝙ ibi fuerūt intelligi debet. Cū ergo soror ei⁹ maria salome vxor zebedei iuisset ad eam nazareth. q̄ distat a loco de chana ꝓ q̄ttuor miliaria vel circa. dicēs ꝙ volebat facere nuptias filio suo iohi. ipa iuit cū ea ꝛ ꝓuenit aliq̄t dies ad ꝓparatoꝫ. ita ꝙ q̄ñ alij erāt inuitati ipa iā erat ibi ¶ Scdo ex eo colligere possumus ꝙ ipa ꝓpēdit defectū vini. vñ ipa non erat sic vna ex discūbentib⁹. sꝫ sic ꝓ cuⁱ⁹ manus res ibāt. Et iō vidit sibi deficere vinuꝫ Si ei tūc discubuisset. nunq̄d iuxta filium inf hoies mater verecūda surrexisset. Et si alibi iter mulieres nūq̄d ꝓpendisset defectū vini magꝭ q̄ alie. ꝛ si ꝓpendisset nūq̄d surrexisset de prādio ꝛ iret ad filiū. Incōueniētia hec viderent. Et iō verisimile est ꝙ tūc non discūbebat. De ipa nāq̄ dicit ꝙ erat valde obsequiosa. ¶ Tertio colligit ex eo ꝙ ipa ꝓcepit mistris vt irēt ad filiū ꝛ facerēt qō mādaret. Et sic videt ꝙ ꝓcepisset eis ꝛ ꝙ nuptie gubernabāt ꝓ eā. ꝛ iō sollicita fuit ne ibi defectus ꝓtingeret. Igit fm modū hūc cōspice dñm Jhm inf alios comedentē sic vnum queuis de pl'o. ꝛ sedentē in loco hūili. nō in ter maiores. put ex loco ipo colligim⁹. Non em̄ supboꝝ more volebat ꝓmos recubit⁹ in cenis. nā doctur⁹ erat. Cū inuitat⁹ fuerꝭ ad nuptias recūbe in nouissimo loco. Ipse ꝯo cepit ꝓus facere q̄ docere. Cōspice etiā do minā obsequiosam alacrē ꝛ sollicitā in cūctis faciēdis ꝛ ꝓbentē ꝛ ostendentē mīstris quid ꝛ qualiter discūbētib⁹ deferāt. Cunq̄ ꝓpe finem ꝙuiuⁱ redirēt ad eā ministri dicentes Nō habem⁹ pl⁹ de vino q̄ apponamus eis. Ipa rñdit. Ego ꝓcurabo q̄ habebitꝭ. expectate parūper. ꝛexiēs ad filiū ꝙ humiliter vt dixi sedebat in fine mēse ꝓpe ostiū camere. dixit ei. Fili mi hic vinū deficit ꝛ hec nra soror est paup ꝛ nescio qualit habere possumus. Qui rñdit. Quid mihi ꝛ tibi ē mulier. Dura videt rñsio sꝫ ad nram instructiōez fuit. fm Bern. q̄ in ℞ loco sic dic fm̄oe. vij. i epiph ania. Sermo incipit. In op⁹ dñi. Quid tibi ꝛ illi dñe. Nōne qō filio ꝛ mri. ꝙd ad illaꝫ ꝓtinet q̄ris. cū sis benedict⁹ fruct⁹ vētris e⁹ immaculati Nōne ipa est q̄ saluo pudore cōcepit ꝛ sine pudore pepit. Nōne ipa est in cuius vtero nouē mēsib⁹ morat⁹ es. cui⁹ virgineis vberib⁹ lactat⁹ es. cū qua duodeci ānorum fact⁹ de hierl'm descēdisti ꝛ eras subditus illi. Nūc g̃ dñe ꝙd molest⁹ es illi dicens Quid tibi ꝛ mihi. Vultū ꝓ omnē modū. sꝫ iam manifeste video q̄ nō velut indignans aut ꝓfundere volēs ℣ginis ꝛ mr̄is teneraꝫ verecūdiā dixeris. Quid mihi ꝛ tibi. Veni entib⁹ em̄ ad te iuxta ꝓceptū ministrꝭ. nihil cū ctat⁹. facis qō suggessit. Ut ꝙd g̃ fratres vt ꝙd rñderat ꝓus vtiq̄ ꝓter nos ꝛ ꝙuersos ad dñm. vt iā nō sollicitet carnaliū cura parentū. ꝛ necessitudines ille nō impediāt exercitiū spūale. Qdiu em̄ de mūdo sum⁹. debitores nos ꝓstat esse ꝓentib⁹. At postq̄ reliquim⁹ nosmetipos. multo magꝭ ab eoꝝ solicitudine liberi sum⁹. Vñ legim⁹ frēm q̄ndam in heremo ꝙuersantē cū ad eū carnalis frater auxiliū gr̄a aduenisset rñdisset vt adirꝫ alterꝝ fratrē eoꝝ. cū ille vtiq̄ iā obisset. Cum q̄ admirat⁹ ꝙ venerat rñderet. qꝛ ille obijt. heremita q̄ꝫ se sil'r obisse rñdit. Optime ergo docuit dñs ne solliciti sim⁹. sup ꝓpinquis carnis nre pl⁹ q̄ religio postulet. q̄ñ ipe matri ꝛ tali mr̄i rñdit. Quid mihi ꝛ tibi o mulier. Sic ꝛ in alio loco. Cū suggereret ei ꝙdā q̄m mr̄ ei⁹ ꝛ frēs foris starēt. querētes ei loq̄ Rñdit. Que ē mr̄ mea ꝛ frēs mei. Ubi modo sunt ꝙ tā carnalit ꝛ inanit sup carnalib⁹ ꝓpinq̄s suis soliciti sūt ac si adhuc viuerent cū eis. ꝛ ipi cū eis. Ducuslq̄ Bern. De hac g̃ rñsione mr̄ nō diffidēs sꝫ de sua benigni

tate ꝑsumēs redūt ad ministros z dixit. Ite ad filiū meū et q̄cq̄d vob dixerit facite. qui eūtes impleuerūt iuxta dñi mādatū idrias aqua. Quo facto dixit eis. Haurite nūc z ferte archytriclino (In ꝟ aūt nota ꝑmo discretionē dñi. qz ꝑmo misit magis honorabili viro. Scdo q ipe sedebat lōge ab eo cū diceret. ferte illi. q̄si ab eo remoto. Sz cuz ille sederet in loco magis honorabili. colligere possū⁹ q dñs noluit ibi sede iuxta eū imo elegit sibi būiliorē locū. Ministri g dederūt vinum illi et alijs diuulgātes miraculū. q̄nia ipi sciebāt quō factū fuerat. z crediderūt in eū discipuli ei⁹. Finito aūt ꝯuiuio dñs Jesus vocauit Johem seorsum dicēs. Dimitte hāc vxorē tuā z sequere me. qz ad altiores nuptias te ꝓducā. q̄ secut⁹ est eū. In ꝟ ergo q dñs nuptijs iterfuit matrimoniū carnale approbauit trāc̄s a deo institutū. Sz i hoc q vocauit Johem de nuptijs apte dedit intelligere q lōge dignio⁹ est spūale mīmoniū c̄s carnale. Recessit g inde dñs Jesus volēs bis q̄ ad salutē hoim ptinēt deinceps publice z palā intēdere. Pri⁹ aūt voluit reducere mīem ad domū suā. Talē em dñam. talē scietatē hr̄e decebat. Accipit g z eā z Johem z alios discipulos z iuerūt in chaphar nauz ꝑpe nazareth. z post aliq̄t dies nazareth Lōspice g eos p viā qualit vadūt pariter mat z fili⁹. humilit vadūt z pedestres. sz multuz amāter. O q̄les duo sunt illi. nūc̄s alij tales duo in terra visi fuerūt. Lōspice etiaz discipulos reuerēter sequētes z auscultātes verba dñi. Nō em ipe erat ociosus. semp quippe aliq̄d boni faciebat aut dicebat. nō poterat in tali comitatu tediū cōmeantibus generari.

De ꝑmone dñi in mōte quē incepit a paupertate

¶ Capitulum. xxij.

Conuocās dñs ihs discipulos seorsum a turbis ascēdit cū eis in mōtē thabor ꝑpe nazareth ad duo milia/ria vt eos imbueret eloquijs suis. Decebat em q eos ꝑus z sup alios instrueret. q̄s sup alios ꝓstitutur⁹ erat mgros z duces. Tunc g de multz instruxit. z sermo ille pulcerrim⁹ fuit z copios⁹. Nec miz qz os dñi cōpilauit eū. Docuit aūt eos de beatitudinib⁹. ō oro ne ieiunio z elemosyna. alijsc̄s plurimis ad ꝟtutes ptinētib⁹ q̄ in ipo euāgelio poterz reperire. Legas euz diligēter z sepe. z cōmēda memorie q̄ in ipo dicunt. qz spūalissima sūt Et tñ nūc nō ꝓsequor. qz nimis foret longū nec tales expositiōes bñ vident sp in meditatiōes cadere. Quis ad tuā instructiōz talia put mihi occurrēt interserā. Et etiā moralia z auctoritates sanctoz. Hoc g hic teti gisse sufficiat q dñs initiū ꝑmonis huius ꝑpertate incepit. dans itelligere q pauptas est tot⁹ spūalis exercitij ꝑmariū fundamentū. Nō em expedite pōt sequi xp̄m pauptatē speculū q̄ onerat⁹ est i tpalib⁹ reb⁹. Nec est liber sz seru⁹ q̄ animi affectōz subijcit istis rebus trāseuntib⁹. Idcirco dixit. Beati pauperes spū ꝛc. Ei⁹ em rei c̄s affectuose diligo me seruū spōte ꝓstituo. Nā amor est aie pōme seruū spōte ꝓstituo. Nā amor est aie pōme seruū spōte ꝓstituo. Nā amor est aie pōme

Dugare pfecto qz dña auaricia non pmittit qz liber nō est. qz nō sunt sua q̄ possidere vi dek. sz nec tui iuris. Si ꝓ tua sunt. expēde ad lucra. zp terrenis celestia cōmutato. Si nō vales facere. te pecunie tue nō dominuz esse dicā. sz seruū. custodem nō possessorem. Ducusq; Berñ. ¶ Sz redeam⁹ ad medi/ tationē. Cōspice ꝙ zꝓsidera dñm iesum hu militer in terra sedentē sup illo mōte. z discipulos suos circa eū. quō stat inter eos q̄ sit vnus ex eis. z quō affectuose benigne z pul/ cre z efficacit eis loquit inducēs eos ad di/ ctos act⁹ virtutū. Et sp vt supza in generali ꝓsideratiōe tibi dixi respicere coneris faciē eius. Cōspice in discipulos quō reuerēt hu militer z cū tota mētis intētione aspiciūt eū z auscultant illa ꝓba mirifica. z ea memorie cōmendāt z iocūditate magna fruunt q̄s in verbis q̄s in aspectu. In hac aūt ꝓsideratio ne iocūderis. z tu aspiciēdo ac si videres eū loquentē z approximādo eis. si forte vocata fueris. z immorādo ibidē vt dñs tibi dabit Cōpleto ꝙ fmone cōspice illū dñm Jhm vna cū discipulis ipis descendētē de mōte. z cū ipis familiariter loquentē. etiaz eūdo p viā. z quō ille simplicīū cetus gregatim seqt eum. nō curiose ordinat⁹. sz sicut pulli post gallinā. vt q̄libet meli⁹ audiat magis eidez utit approximare Et quō turbe sibi affectu ose occurrūt. z infirmos eidē sanādos offe/ rūt. Jpe ꝙ sanabat oīes.

¶ De seruo centurionis z filio reguli a do mino liberatis. Mat. viij. Lu. vij. Joh. iiij.

¶ Capitulū. xxiij.

Capharnaū vero erat q̄dā cēturio. i. centū militū ductor. z seruū hēbat i firmū. Misit g̃ fide plen⁹ ad dñm iesum vt eū curaret. Humilis aūt dñs rñ/ dit. Ego veniā z curabo eū. qō cū sciuit Cē turio. remisit ad eū dicēs. Dñe nō sum dign⁹ vt intres sub tectū meū sz tm̄ dic ꝙbum z sa nabit puer me⁹. Jesus aūt cōmendās fidē eius nō iuit vlteri⁹. z seruū absentē sanauit. Cū aūt in eadē ciuitate esset quidā regul⁹. i. puus rex. iuit psonalit ad iesum rogās euz vt veniret ad domū suā z sanaret filiū suū i/ firmū. At iesus ire noluit filiū tamē sanauit In his aūt ꝓsidera meritū fidei ꝓpter Cen/ turionē. z humilitatē dñi volētis ire ad ser/ uum z reguli pompā refugiētis. ¶ Cōside/ ra etiā q̄ nō debem⁹ acceptare psonas. Pl⁹ eñ bono zauit hic dñs seruū militis q̄s filiū regis. Sic z nos debem⁹ nō ad oculos fui re. nec fm exigentiā exterioris pōpe sz fm i tentionē vl bonitatē ei⁹ q̄ seruitio indiget. z nō ex cōplacētia sz ex caritate fuiam⁹

¶ De paralitico missō p tectū z a dño cura/ to. Matth. viij. Mar. ij. Luce. v.

¶ Capitulum. xxiiij.

In ciuitate ꝓdicta capharnaū cū do min⁹ iesus doceret in q̄dā domo. et essent ibi ꝙgregati pharisei z legiꝺo ctores multi. ex oi castello iudee z hierusalē. Uenerūt q̄dā volētes ingredi domū cū pa ralitico quē portabāt vt a dño sanaret. Cū q̄ꝓpter multitudinē nō possent ascēderunt sup tectū dom⁹ z inde intromiserūt eū z po/ suerūt eū añ iesum. dñs ꝙ iesus vidēs fidē eoz dixit. Dimittunt tibi pctā tua. Jp̄i aūt pharisei z legis doctores obseruātes cū ex malicia intra se dicebāt ipum blasphemasse deū. qz sol⁹ de⁹ potest dimittere pctā. z ipe ꝙ attribuebāt sibi quē pur hominē esse crede bant. Ait ergo benign⁹ z humilis dñs scru tans coꝛda z renes hoim. Quid cogitatis mala in coꝛdibꝫ vr̄is. Et addidit vt sciatis. qz fili⁹ hois habet potestatē in terra dimit/ tendi pctā zc. ¶ Dic q̄ttuoꝛ sunt meditāda Primū ꝓspicacitas intellect⁹ xp̄i q̄ cogitati nes illoꝛ vidit. Secūdū qz ꝓpter pctā veni/ unt infirmitates z ex absolutōe a peccatz ali quādo ꝓcigit liberatio infirmitatū. sic etiaz habebis infra ꝺ curato apud piscinā. cui ꝺꝛ a dño ne ampli⁹ peccet. ne deteri⁹ sibi ꝓtin/ gat. Tertiū ꝓsidera q̄rtū magnū sit meritu z fidei. nā etiā alteri⁹ fides alteri ꝓdest. sic sup ꝓme habuisti in ꝙno centurionis. Sic z i fra habebis in chananea in cui⁹ fide filia fu it sanata. Hoc quotidie cōtingit in puerz q̄ baptizant. q̄ si ante annos discretiōis mori/ ant in alteri⁹ fide suscipiūt arrā ꝓpter quam in merito xp̄i saluāt. qd̄ est ꝓtra quosdā he/ reticos maledictos Circa quartū meditan dū de ipo inter illos sedēte z benigne mali/ gnis rñdente z miraculū faciēte. recurre su/ pra ad generalē considerationē quam tibi dedi.

¶ De socru symonis liberata.

¶ Capitulū. xxv.

Contigit dñm Jesum in ciuitate p/ dicta chapharnaū diuertere in do/ mū symonis petri. vbi socr⁹ ei⁹ ma/ gnis febribꝫ tenebat. Humil' g̃ dñs familia riter tetigit manū ei⁹ z curauit eā adeo vt in

ꝫtinẽti surrexit ꝛ ei ꝛ discipul' mĩstrauit Ꝫ q̃d mĩnistrauit eis nõ est scptũ. Cogita g̃ q̃ in domo paupis pauptat̃ amatori aliqua ci baria grossa ꝛ q̃ cito pari poterãt eis apposita sunt. Cõsidera etiã ipm dñm ihm iuuãtẽ pparare. maxie in domo discipuli sui. Et q̃uis humilia cogita. siue de tabula ponẽda siue de strat̃ lauãdis ꝛ silibꝫ. Talia em̃ oia faciebat bũilitat̃ magister q̃ mĩstrare veneratꝛ nõ mĩstrari. Et se familiarit̃ ad sedendũ ponebat i medio mẽse ꝛ comedebat ala criter. pcipue cũ in prãdio relucebat paupt̃as quã fic amabat.

De dormitiõe dñi in nauicula

Capitulũ. xxvj.

Itrãs dñs ihs in nauiculã cũ discipulis suis. posuit se ad dormiẽdum tenẽs caput sup ceruicali. Ipe enim multũ vigilabat de nocte i orõibꝫ. multũq̃ de die in pdicatõibꝫ laborabat Cũq̃ dormiret orta tẽpestate discipuli piclitari timebãt ſz nõ audebãt eũ excitare. Timore randẽ coacti excitauerũt eũ dicentes. Dñe salua nos perim⁹ Qui surgẽs increpauit eos ꝛ modica fide. ꝛ imauit mari ꝛ ventis ꝛ cessauit tẽpestas. In pdict̃ g̃ actibꝫ suis ituere ꝛ respice eũ fm generalẽ regulã siue traditõz sup tradita. Doc tñ h ꝓsiderare potes q̃ licet nob circa nos ꝛ facta nr̃a dñs videat̃ dormire. maxie q̃n tribulamur. ipe tñ diligẽtissimus est sup custodiã nr̃am. Et idcirco debemus esse in fide ꝓstates. ꝛ nihilo bestitates.

De filio vidue a dño suscitato

Capitulum. xxvij.

Cum semel iret dñs ihesus versus ciuitatẽ naim obuiauit multitudi hominũ portãtiũ quendã iuuenẽ filiũ vidue mortuũ ad sepulcr̃. Pietate g̃ pi⁹ domin⁹ ihs mot⁹ tetigit feretr̃ ꝛ portãtes stetẽrũt. Ipe aũt dixit. Adolescens tibi dico surge. ꝛ statim surrexit q̃ fuerat mortu⁹ ꝛ reddidit eũ mri sue. Omẽs aũt stupuerũt ꝛ laudauerũt dñm. In cõsideratiõibꝫ vero recurre vt supra.

De puella suscitata ꝛ martha curata

Capitulũ. xxviij.

Ad petitõnẽ cuiusdã ex ꝓncipibꝫ ibat dñs ihs cũ eo ad sanãdũ filiã suam. Cũ g̃ turba magna iret cũ eo. intererat q̃dã mlier g̃uitẽ infirma q̃ dr̃ fuisse martha sor̃ marie magdalene q̃ intra se dicebat. Si tetigero tm̃ fimbriã vestimẽti eius salua ero. ꝛ cũ timore approximãs tetigit et liberata ẽ. Dixit aũt dñs ihesus. Quis me tetigit. Et rñdit petr⁹. Dñe turbe cõprimũt te et affligũt. ꝛ tu dicis. q̃s me tetigit. Vide h patientiã dñi. Hã sepe cõpmebat a turbis. q̃a volebãt ei approximare. Ihs aũt sciebat q̃d dicebat Et itez̃ dixit. Ego sensi vrtutẽ ex me exĩsse. Tũc martha negociũ publicauit Liberẽ eã dñs curauit cũ q̃ multã familiaritatem postea habuit. Et tũc dixit ei. Fides tua te saluã fecit. In h g̃ miraculo babes fidei cõmẽdatõz. Habes etiã q̃ dñs vult miracula nota esse ꝓpt̃ vtilitatẽ cõem. ſz q̃ntũ inse ꝓpter humilitatẽ abscõdebat. vt h etiã habes. q̃ eñ diuina fecerat ptãte. fidei illi⁹ attribuebat. Habes etiã hic q̃dã valde notabile ad bũilitat̃ custodiã. sic beat⁹ Bern⁹. h mõ introducit. Quilibet pfecte dño fuiẽs põt appellari fimbria q̃si vltia ps vestimẽti dñi. ꝓpt̃ suã humilẽ reputatõz Qui g̃ ad dictum statũ puenerit q̃ sciat se a dño exaudiri ĩ liberãdis infirmis vl' alijs miracul' non extollat̃ ꝓpterea. nec sibi attribuat q̃ nõ ipe ſz dñs facit. Quis em̃ hic martha tangerz fimbriã ad cui⁹ tactũ se liberari ꝓfidebat. et sic ꝓtigit. nec tñ a fimbria ſz a dño ẽt̃ liberatiõis exiuit. Et ꝓpterea ipe dixit. Sensi vrtutem ex me exisse. Nota g̃ hoc bñ ꝛ nihil bonũ tibi ĩ ꝓpetuũ attribuas. q̃ totũ est a dño ihesu. Tandẽ dñs ihesus iuit ad domũ principis ꝛ inuentã filiã mortuã suscitauit.

De puersione magdalene ꝛ alijs

Capitulum. xxix.

Cum⁹ dñs inuitat⁹ q̃dã die a symone leproso iuit ad prandẽdum cuz eo. q̃ facere solit⁹ erat. tũ ex sua curialitate. tũ ex benignitate ꝛ zelo quẽ habebat ad salnãdas aias p q̃s de celo descẽderat Ubi comedẽdo cũ boibꝫ ꝛ uersando cũ eis ad amorẽ sui eos attrahebat. tũ etiaz ex amore pauptat̃. Hã ꝛ ipe pauprim⁹ erat ꝛ de mũdi h⁹ suba. p se ꝛ suis nihil sũpserat. Humilit̃ g̃ ꝛ cũ grãzactiõe speculũ humilitat̃ iesus cũ inuitabat recipiebat. p loco ꝛ tẽpore. Audiẽs aũt magdalena q̃ i domo sypone. Audiẽs aũt magdalena q̃ i domo symonis pdicti recũberet. q̃ ia forte ipm sepe pdicantẽ audierat ꝛ ardẽter amabat. liez nõ dum h ꝓpalasset. tacta dolore cordis intrinsecus. p peccat̃ suis ꝛ amoris ei⁹ igne succẽsa. ꝓsiderãs q̃ sine ipo salutẽ obtinere non poterat. ꝛ ampli⁹ differre nõ volẽs. perrexit ad locũ quiuꝫ. faciez̃q̃ iclinata ac ocul' in ter

ram demissis añ ꝓuinas trãsiẽs nõ quieuit donec ꝓuenit ad dñz ac dilectũ suũ. z tũc illico ad pedes ei⁹ pstrata viscerosõ dolore pit z tuboze repleta de pctis suis ꝓcumbens z ponẽs vultũ sup ipi⁹ pedes cũ ꝓfidẽtia q̃dã qz iã intra se eũ sup oĩa diligebat cepit foz titer fletibꝫ atq; singultibꝫ abũdare ac tacite intra se dicere. Dñe mi firmit̃ credo scio at/q; ꝓfiteoz vos deũ ac dñm esse meũ. In mlt̃is ãt z magnis offendi maiestatẽ vestraz. z multiplicaui pctã sup numeꝝ arene maris. sed ad vestrã miſicoꝛdiã ꝓfugio iniq̃ et peccatrix. doleo z cõpungoz. veniã peto. emendare peccata pata z nũq; a vra obediẽtia discedere ꝓpono. Nõ patiar q̃so repulsam a vobis. qz aliud refugiuz nec me posse bñe scio. nec bñe volo. qz vos solũ sup oĩa diligo. Nõ q̃ me repellatꝭ a vobis. ſz de meis sceleribus me punite vt libet. miſicoꝛdiã tñ peto. Interim añ lacrime decurrẽtes largit̃ pedes dñi balneauerũt z lauerũt. Vñ ꝟ manifeste habere potes q̃ dñs ihesus discalciatus ibat. Tandẽ a fletu cessans. z cũ ꝓpẽdit indignũ iudicãs q̃ sue lacrime pedes dñi ꝓtigissent capillis suis eos absterſit. Jõ añ capill̃. ꝺa secũ aliud p̃cios⁹ nõ habebat q̃ eos tergeret. z etiã qz ea q̃bꝫ ad vanitatẽ vsa fuerat ad vtilitatẽ ꝓuertere intẽdebat. Et etiã ne vultuz a pedibꝫ dñi elõgaret. z amoze creſcẽte oſculabaꝭ eoſdẽ amanter z sepe. Et qz etiaz pedes ip⁹ dñi ꝓpter itinera squalidi erãt. eos vngebat p̃cioso vngẽto. Cõſpice q̃ bñ ipam z sup bis moꝛose mediterꝭ ob deuotiõez ei⁹ q̃ ita singularit̃ a dño fuit dilecta. Et etiã qz solẽne festũ fuit ꝟ valde. Cõſpice etiã dñm ihm q̃ benigne ſuscipit eaz. z q̃ patient̃ ſustinet q̃d faĉ. Ceſſatz q̃escit a comedẽdo donec negociũ cõpleat̃. Ceſſant etiã ꝓuiue z oĩs sup hac nouitate mirãt̃. Symon añ vehemẽter eũ iudicabat ĩ coꝛde suo q̃ a tali femina se ꝓmittebat tãgi q̃si nõ esset ꝓpha. nec eã cognoscꝛet. Dñs añ cogitatõibꝫ coꝛdis ei⁹ rñdens se vez oñdit ꝓphetã. Et exẽplo ꝺbi/toꝛ ꝓuicit. Et volẽs apte demõstrare q̃ oĩa in dilectiõez ſumãt̃ dixit. Dimittũt̃ ei pecca ta multa qm dilexit multũ. Et ad eam dixit. Vade in pace. O verbũ delectabile z suaue q̃ libẽter illud magdalena audiuit. z q̃ iocũ de recessit. Et ꝓfecte ad eã cõuersa. deincepſ sancte z honeste vixit. ac eidẽ z matri eius ꝑ ter z tantã charitatẽ imitari dignerꝭ. que ꝟ maxime ꝟbo z ope sic a dño cõmẽdat̃. Dic em̃ expꝛesse habes q̃ charitas inter deuz et peccatorẽ pacẽ reformat. Vñ z beat⁹ Petr⁹ dicit Q̃ charitas opit multitudinẽ pctõrũ. Itaq; cũ caritas oẽs ꝟtutes informat. nullaq; deo placet sine caritate vt ad ipam habendã tota ꝟtute nitatꝭ q̃ te sponso tuo x̃po ihesu acceptã faciet. Aliq̃s ꝺ ipa auctoꝛitates adducã in mediũ. Dic̃ g̃ de ipa Berñ. xxix. Cañ. Charisma ꝓptimũ charitas est plãe incõpabile qꝺ noue spõse celestis spõsus toties inculcare curabat. Vñc q̃dẽ dicẽs. In ꝟ cognoscẽt oĩes q̃ mei estis discipuli si dilectionẽ habuerit̃ ad inuicẽ. Vñc ꝟo mãdatum nouũ do vob̃ vt diligatis inuicẽ. z hoc est ꝓceptũ meũ vt diligatis inuicẽ. Itẽ orãs vnũ eos foze. sicut ipe z pater vnũ sũt. z paulo post. Deniq; q̃dnã huic cõparãdũ putamus q̃ ipi ꝓferẽt martyrio ac fidei trãsferẽti mõtes. Hoc est g̃ qꝺ dico Pax vobis. i nobis sit z oĩe qꝺ extrinsec⁹ minari videat̃. nõ terret qz nõ nocet. Idẽ. xxvij. Cañ. Quantitas cuicũq; aie estimet̃ de mẽsura caritatis quã habet. vt ꝟbi gra. Que multũ ꝟz charitatis. magna sit. que puũ pua. q̃ ꝟo nihil nihil. dicẽte apostolo Si charitatẽ nõ habeo nihil sum. z si quãtulũcunq; bñe cepit. vt saltez diligẽtes se diligere curet. ac salutare fratres suos. z eos qui se salutãt. iam nõ nihil quidẽ illã animã dixerim. que in ratiõe dati vel recepti. socialẽ saltẽ retinet charitatem. Uerũtñ iuxta sermonẽ dñi q̃d ampl⁹ facit. nec amplã ꝓinde nec magnã sed plane ãgustam modicãq; cẽſerim aiam quã adeo modice charitatꝭ esse cognouerim. Ut si grãdescatz ꝓficiat. ita q̃ trãsiens limites ãgusti h⁹ obnoxiũq; amoꝛis. latos fines bonitatis g̃tuite tota libertate spũs apꝛehẽdat. q̃ largo q̃dã gremio. bone volũtatꝭ ad oẽm seipsam curz extẽdere ꝓtim diligẽdo vnũquẽq; tãq; seipaz nũq̃d iã illi recte diceret. q̃d ampl⁹ facis. Quippe q̃ seipam tã amplã faĉ. amplũ iq̃ gerit caritatis sinũ q̃ cõplectit̃ vniuersos. etiã q̃bꝫ nulla se nouit carnis necessitudine iunctã. nulla spe ꝓcipiẽdi cõmodi cuiuscũq; nulla ꝓcepti retributõe obnoxiã. nullo õni q; astrictã debito nisi illo sane de q̃ oꝛ. Nemini q̃q; debeatis nisi vt inuicẽ diligatis. Uez si adꝰcias etiã vsq; quaq; viz facere regno caritatꝭ. z vsq; ad vltios ei⁹ termios occupare illud pius inuasor ꝓualeas. dum ne inimicis quidẽ viscera claudere pietatꝭ exi/

stimes. bñfacias his q̄z q̄ te oderūt. ores p̄ psequētib⁹ z calūniantib⁹ te. necnō z cū ip̄is qui oderūt pacē. esse pacificus studeas. tūc p̄rsus latitudo celi latitudo aīme. z altitudo nō dispar. sed nec dissimilis pulcritudo. Implekq̄ demū in ea qō dī. Extēdēs celū sicut pellē in q̄ iā mire latitudinis altitudis z pulcritudinis celo. summ⁹ z imm̄ēsus atq̄ gl'iosus nō modo dignāter habitat. sed z spaciose deambulat. Ducuscq̄ Bern̄. Vidisti g̃ q̄z sit vtilis q̄z necessaria charitaſ vir tus sine q̄. pfecto impossibile est placere do. cū qua sine dubio placet quicūq̄. Igit̄ toto corde. tota mēte. totaq̄ ꝓtute studeas ip̄am hr̄e. q̄ te libēter faciet oīa dura z aspa. p deo portare z primo.

¶ Quō iohes misit discipulos ad iesum

¶ Capitulum xxx.

Gloriosus miles z p̄cursor dñi Jhu iohes baptista cū esset in vinculis ī carcerat⁹ ab herode ꝓpt̄ iusticie ōfensionē. q̄z redarguebat eū q̄ tenebat vxorem fratrſ sui viuētis. volēs inducere discipulos suos vt seq̄rent dñm ihm. cogitauit eos ad ip̄m mittere vt auditis ꝓbis z visis opib⁹ eius exardescerēt in amorē ip̄i⁹ z sequerētur eū. Iuerūt g̃ ad eū z exp̄te Johis dixerunt Tu es q̄ ventur⁹ es an aliū expectam⁹. Dom̄in⁹ aūt iesus magnā turbā tunc habebat corā se. Cōspice bñ ip̄m quō vultu placido recepit nūcios iohis. z quō sapiēter p̄mo factis z postea ꝓbis rñdit eis. In eoz g̃ p̄ntia surdos sanauit z muros z cecos z alia multa miracula fecit. z p̄l'o p̄dicauit z postea il'l' inter alia dixit. Ite z renūciate iohānī q̄ audistis z vidistis. Iuerūt g̃ z ea retulerūt Johanni. q̄ ea libētissime audiuit. Illi autē discipuli post mortē Johis firmiter xp̄o adhe serūt. Dñs iesus post illoz discessum valde iohem corā populo collaudauit. s. q̄ erat pl⁹ q̄z ꝓpheta. q̄ inter natos mulier̄ maior eo nō surrexerat. z de alijs vt in euāgelio habes. Tu g̃ aspice dñm Jhm sp z dū p̄dicat z dū p̄dicta miracula facit vt sup̄ habuisti.

¶ De obitu Johānis baptiste

¶ Capitulū xxxi.

videre posset. Jesus aũt cognoscẽs z acce/
ptans fidẽ z desideriũ eiꝰ. dixit. Zachee fe/
stinans descẽde. qr hodie ĩ domo tua opor
tet me manere. Tũc ille descẽdit z euz cum
magno gaudio z reuerẽtia suscepit. ac ei cõ
uiuiũ magnũ ꝑparauit. Vidisti curialitatẽ
dñi iesu. Plus dedit zacheo q̃ ipe deside/
rasset. dedit ei seipm. qđ ille ausus petere ñ
fuisset. Dic igit habes deꝛtute oꝛonis. Hã
desideriũ maxia vox est. z magna oꝛo ẽ. Et
iõ dicit ꝓpha. Desideriũ paupeꝝ exaudiuit
dñs. ꝑpara. cor. coꝝ audiuit auris tua. Et
Hoysi dixit dñs. Quid clamas ad me. cũ
ipe ore tũc taceret sed corde loq̃ret. Cõspi/
ce q̃ eũ sedentẽ. comedentẽ cũ illis pcõribꝫ.
posuit se in medio mẽse cũ zacheo. z aliquẽ
ex illis honorãs posuit in capite. familiarit
z domestice ꝓuersabat. vt eos ad se attrahe
ret. Cõspice etiã discipl'os libent cũ eisdem
pcõribꝫ ꝓuersantes. colloquẽtes cũ eis. et
eos ad bona opa ꝓfortãtes. Sciebãt enim
bãc esse voluntatẽ mgr̃i sui. z salutẽ eoꝝ cu/
piebant.

¶ De ceco a natiuitate illuminato.

¶ Capitulũ. lxiiij.

Cum iret dñs ieſus hier'm. vidit ce
cũ a natiuitate cuiꝰ nomẽ dr fuisse
Cedoniꝰ. z inclinans se bũilis dñs
fecit lutũ de sputo z liniuit oculos eiꝰ. mit/
tens eũ ad natatoriã syloe vt lauaret. Juit
ille cecus z oculos lauit z lumẽ recepit. Qđ
miraculũ fuit solẽnit' examiatũ ab illis ma/
linolis. z cessit in ꝓfusionẽ ipoꝝ. Vide histo
riã euãgelij. qr satis plana et pulchra ẽ. Jn
ꝑdictis aũt ꝓspice dñm ih̃m iuxta generalẽ
traditionẽ tibi datã. z ꝓsidera q̃ magna fu
it huiꝰ ceci gratitudo. qr ita virilit z ꝓstanc

defendit partez dñi ihu ante ipos pncipes maiozes iudeoz. nec in vno ꝓbo pepcit eis cũ tñ adhuc ñ vidisset dñm iesum. Multũ cõmendabil' est virt⁹ gratitudis z deo accepta. z detestabile viciuz ingratitudis. De q̃ materia sic dicit Bernñ. fmo. l. Cant. Discere ad singula dona grãs agere. Diligent' inqt pſidera que tibi apponunt. vt nulla vicz dei dona a debita grazactione frustrent. Non grãdia. nõ mediocria. nõ pusilla. deniqz iubemur colligere fragmẽta ne pereãt. i. non mima bñficia oblinisci. Nunquid nõ perit qõ donat ingrato. Ingratitudo inimica ẽ anie. exinanitio meritoz. virtutũ dispersio. bonoz pditio. Ingratitudo est vent⁹ vrẽs siccans sibi fontẽ pietatis. rozẽ miscõie. fluenta gratie. Ducusqz Bernñ.

¶ Quõ dñs fugit de templo z abscõdit se qñ iudei voluerunt eũ lapidare.

¶ Capitulũ. lxv.

Ece modo incipiũt mysteria passionis dñi Uñ raro ãmodo auctes adducam. vt circa passionẽ z ei⁹ pambula possem cõmodi⁹ imorari. Dũ g̃ q̃daz vice dñs iesus pdicaret in tẽplo. z diceret inter alia. Si q̃s sermonẽ meũ fuauerit mortẽ nõ gustabit ineternũ. Et illis rñdentibz ergo tu es maior pr̃e nr̃o abzaaz q̃ mortu⁹ est. Dixit dñs ihs. Anteqz abzaam fieret ego sum. Ex q̃ verbo sumẽtes occasionẽ q̃si impossibile vel mendaciũ loqret. tulerunt lapides vt lapidarẽt eũ. Ipe vero abscõdit se. z exiuit de tẽplo. nõdũ em̃ venit hora passionis sue Cõspice g̃ bñ h eũ cũ dolorevehementi. quõ dñs oim sic vilipendebat ab illis neq̃ssimis seruis. z quõ volens eoz furori cedere abscondit se in aliq̃ loco templi post aliquã columnã vel int' aliq̃s psonas. Intuere ipm z discipulos meste z inclinato capite tanqz imbecilles z debiles recedẽtes.

¶ Quõ alia vice voluerũt lapidare iesum.

¶ Capitulũ. lxvj.

Cum quadã alia vice in festo enceniozũ. i. in festo dedicatiõis tẽpli dñs iesus esset in porticu salomonis circũdederunt eũ lupi illi rapaces cum furore maximo stridẽtes dentibz dicẽtes. Usqq̃ tollis anias nr̃as. Si tu es christ⁹. dic nobis palã. At mitissim⁹ agn⁹ humilit' respondit eis dicẽs. Loquor vob z nõ creditis mihi. Opera q̃ ego faciõ in nomie patris mei testimoniuz ꝓhibent de me. Conspice ipm nunc bñ p deo z totũ negociũ. Ipe quidez eis humilit' loquebat'. Illi vero cuz furore caninis latratibz pstrepebãt in eũ ex omni parte sicẽ eũ circũdabant. Tandẽ nõ potuerũt occultare venenũ cordis. Acceperũt igit tur lapides vt iacerẽt in eũ. Sed dñs ihs nihilomin⁹ blando fmone locut⁹ est eis dicens. Multa bona opa oñdi vobis. propt qõ eoz opus vultis me lapidare. Et illi inter alia. q̃ tu hõ cũ sis facis teipm deuz. Uide mirabilẽ insaniã. Ipi volebãt eũ scire christum. z q̃ ꝓbis z opibz hoc cõprobabat. volebant eũ lapidare. nec aliquã excusationez hr̃e pñt. q̃n potuerunt z debuerũt credere dñm iesum fuisse filiũ dei. Quia ꝓ necduz venerat hora ei⁹ exiuit de manibz eoz et recessit trãs iordanẽ ad locũ vbi iohes baptizauerat. q̃ distat a hierl'm p. xvij. miliaria. z ibi stabat cũ discipul' suis. Conspice g̃ tam eũ q̃z discipulos ꝑtristatos recedere. et eis cõpatere toto posse.

¶ De resuscitatione lazari. ¶ Cap. lxvij.

Resens miracl'm valõ celebre multũq̃ solenne cũ deuotõe meditãdũ occurrit. z iõ sic te attentã exhibeas ac si pñs fuisses dis q̃ dicta vl' facta fuerunt. z libent ꝓuerseris. nõ solũ cũ dño ieſu z discipulis ei⁹. sed etiã cũ ista benedicta familia sic dño deuota z a dño dilecta. filazaro. martha z maria. Languẽte igit lazaro sorores ei⁹ pdicte q̃ familiarissime dño erant. ad eũ miserũt ad locũ in quẽ recesserat. s. trãs iordanẽ. vt in supiori tractatu cõtinet. dicẽtes. Lazar⁹ frat nr̃ quẽ amas infirmat. Et ampli⁹ nõ dixerũt. vel q̃z h̃ sufficiebat amãti z bñ intelligenti. vl' q̃z timebãt ipm ad se vocare cũ scirẽt maiores iudeoz insidiari eidẽ z cupe mortẽ ei⁹. Dñs aũt ieſus audito nuncio siluit p duos dies. et p⁹ dixit discipul' int' alia. Lazar⁹ mortu⁹ est. et gaudeo ꝓpt vos. q̃z nõ erã ibi. Uide mirabilẽ bonitatẽ z dilectionẽ dñi. ac solertiã circa discipulos suos. Indigebãt adhuc maiori roboze z ꝓtute. vñ ipe libent opabat eoz p/fectũ. Redierũt igit z venerũt ꝑpe Bethaniam. Martha ꝓo cũ scinit. exiuit ei obuiã. z ꝓcidens ad pedes ei⁹ dixit. Dñe si fuisses h frater me⁹ nõ fuisset mortu⁹. Dñs ꝓo rñdit q̃ surgeret. z de resurrectiõe adinuicez tractauerũt. Postea ꝓo mittit eam pro maria. Hanc enim dñs singularissime diligebat.

Jpa vero vt sciuit. festina surrexit et venit ad eū. z pcidens sil'ia verba Martha dicebat. Dñs aūt iesus videns dilectā suam afflictā. lachrymosaz z desolatā de fratre suo nō potuit etiā ipe lachrymas ptinere. Uñ tunc lachrymat⁹ est iesus. Conspice nūc bene ipm z illas. z etiā discipulos. An nō credis q z ipi fuerūt lachrymati. Post aliquaz morulā sic plorātibz cūctis dixit dñs iesus Ubi posuistis eum. Jpe em hoc sciebat. sed more hūano locut⁹ est. Tunc ille dixerunt. Dñe veni z vide. z ducebāt eū ad sepulchz. Vadit igit dñs iesus medi⁹ inter duas sorores. psolans z pfortans eas. Jpe fo tūc de sua pūtia psolabant. q q̄ oīs doloris oīs rei oblite in eū solūmodo intēdebant Cūcts sic incederēt tres simul p viā. dicebat magdalena. Dñe q̄liter fuit vobis exquo recessistis a nobis. dolor vehemēs fuit mihi de vro recessu. z nunc cū vos redisse audiui magnū gaudiū habui. sed nihilominus timui z multū timeo. Scitis em q̄nta machinant aduersum vos pncipes z maiores nostri. z pterea nō fuim⁹ ause mittere vt venirētis. Gaudeo q venistis. sed rogo vos pro deo vt caueatis vobis ab illoz insidijs. Dom⁹ aūt rñdebat. Nō timeatis. q pater super bis puidebit. Et sic colloquēdo ad invicem venerūt ad monumētū. Tunc iussit dñs iesus elevari ex eo lapidē suppositum. sed ptendebat martha dicēs. Dñe fetet. q̄driduan⁹ em est. O de⁹ vide mirabilē amorē istarū sororū erga dñm iesum. nolebant em q fetor tāgeret nares eo⁹. Nihilomin⁹ tamen imo multo magis dñs fecit lapidē elevari. Quo facto ipe dñs iesus elevatis oculis in celū. dixit. Gratias tibi ago pr q̄m audisti me. ego aūt sciebā q semp me audis. sz pter istos dico vt sciant. quia tu me misisti. Aspice nūc bene ipm sic orantem z psidera zelū eo⁹ ad aiaz salutez. Deinde clamauit voce magna dicēs. Lazare veni foras. Et statim revixit z pssilijt foras. ligat⁹ tamen sicut fuerat sepult⁹. Discipuli fo ad dñi pceptū soluerūt eū. Qui solut⁹ z etiā pdicte sorores genuflectētes grās egerunt dño iesu de tanto beneficio. z duxerūt eū ad domuz suā. Stupuerūt aūt q ibi fuerāt z hec videbāt z divulgatū fuit miraculū adeo vt multitudo magna a hierlm z alijs partibz veniret ad videndū lazarū z pncipes iudeorū se confusos reputātes. de ipo occidendo cogitauerunt.

¶ De maledictione ficus. ¶ Ca. lxviij.

Quāuis fm fidem hystorie maledictio ficus z p̄sentatio adultere in templo credant fuisse post aduentū dñi iesu in hierlm sup asello. q tñ videt aptius nil post ipm aduētū meditari. nisi de sua cena z passione. z eaz circūstantijs. iō cogitaui ista duo h ponere. Cū igit dñs iesus videns fsus hierlm esuriret vidit ficū ornatam z pulchrā de foliis. z appropinquans z nō inueniēs ficus. maledixit ei. z statī aruit ita vt mirarent discipuli. Cōspice igit eum z discipl'os in pdict⁹ iuxta formā generalez sup tradita tibi. Conspice etiā q mystice h factū est a dño. cū sciret nō esse tps ficuum. Per talē igit arborē virentē folijs intelligi pūt verbosi z loq̄ces sine opib⁹. necnō etiaz hypocrite ac simulati q exterioē apparenti am hūtes interi⁹ vacui sunt z infructuosi.

¶ De muliere in adulterio appbense. ¶ Capitulū. lxix.

Vigilabant in malicijs suis pessimi pncipes z pharisei ptra dñm iesuz z sollicite ptractabāt quō eū p astucias z fallacias vincerēt. z odibilē ppo redderent. sed retorq̄bant in eos sagitte eoruz. Cū igit q̄dā mlr fuisset in adulterio deprehensa. z fm egē deberet lapidari. adduxerūt eā ad ipm in tēplo q̄rentes q̄d de ipa faciendū esset. q̄i volētes eū ponere in pplexitatē. vt si legē seruandaz diceret notaret de crudelitate z īmiscdia. si nō seruādā. notaretur de iiusticia. Sapiēs aūt dñs eorū rhetia cognoscēs. z declinare sciens inclinauit se hūiliter. z digito scribebat in tra. vt dicit glo. q scribebat pctā eoz. Erat igit illa scriptura tante ftutis. q q̄libet eoz cognoscebat in ea pctā sua. Dñs aūt erigēs se. dixit. Qui sine pctō est vrm. pm⁹ in illā lapidem mittat. Et iterū se inclinauit curialis dñs. etiā p emulis z aduersarijs suis ne verecūdarent. At illi discesserūt oēs z euanuerūt eoz astucie. Mulierē aūt monitā ne amplius peccaret dñs iesus licenciauit. Cōspice igit bene ipm in oib⁹ pdictis factis z ḟbis.

¶ De cōspiratōe iudeoz ptra iesum. Et de fuga ei⁹ in ciuitatē effrem. ¶ Cap'm. lxx.

Appropinquāte tpe q̄ dñs iesus disposuerat nram redēptionē p effusionē pcij sanguis opari. armauit diabolus satellites suos z acuit corda eoruz

ꝓtra ipm dñm vsq; ad occisionē ipius. ꝛ ex bonis opib; dñi. maxime aūt ꝓpter suscitationē lazari magis ac magis accēdebant tāq; magis inuidia tabescētes. Nō valētes igitur suū furorē ꝓtelare collegerūt pōtifices ꝛ pharisei ꝯciliū. in q̄ Caypha ꝓphetāte deliberauerūt ipm agnū innocentissimū occidere. O prauū ꝯciliū. O pessimi duces ꝑ̄li. ꝛ ꝯsiliarij nequissimi. Quid agitis miseri. q̄d vos furor exagitat tant⁹. q̄ ordinatio ē hec. q̄ causa occisionis dñi dei vri. Nōne ipe ī medio vr̄m est quē tñ nescitis ꝛ intelligit oīa verba vra. ꝛ scrutat renes ꝛ corda. Sed sic fieri oportet vt desideraſtis. in manib; vr̄is tradidit eū p̄ suus. p vos occidet. sed nō ꝓ vobis. Ipe quidē morietꝫ ꝛ resurget vt saluet ꝑ̄l̄m suū. ꝛ vos pibitis. Diuulgatū fuit istud consiliū. sed sapiēs dñs volens dare locum ire. ꝛ etiā q̄ nōduz erāt oīa cōpleta. abijt in regionē iuxta desertū i ciuitatē effrem. ꝛ sic fugit humil' dñs ante faciē nequissimoꝝ ꝑuorū. Cōspice g̃ pdictos nepharios in suo ꝯsilio pessimo estuātes. Cōspice etiaz dñm iesum. sil'r ꝛ discipulos recedētes tanq; imbecilles ꝛ pauges. Quid tu putas magdalenā dixisse. Sed ꝛ q̄lis animi mr̄ dñi iesu erat. cū sic eū recedere videret ꝛ audiret causam. q̄ volebāt eū occidere. Potes hic meditari dñam ꝛ sorores ei⁹ tunc remāsisse cū magdalena. ꝛ dñm iesum eas oēs cōsolatas fuisse de cita sua reuersione.

¶ Quō dñs iesus redijt in bethaniam vbi maria magdalena vnxit pedes eius.

¶ Capitulū. lxxj.

Sicut in supioribus ad instructionez nr̄am dñs iesus fugiēdo vsus ē prudentia. oñdēs q; ꝓ loco ꝛ tpe furorē psequētiū caute declinare debem⁹. ita nunc vtitur fortitudine. q̄ debito tpe īminente sponte redit vt se offerat passioni. ꝛ se in manus ipoꝝ psequētiū tradat. sicut alias fuit vsus tpantia cū fugit honorē q̃n turbe voluerūt eū facere regē. ꝛ ecōtrario vsus ē iusticia cū voluit tanq; rex honorari q̃n ꝑ̄l's cū ramis arboꝝ occurrit eidē. satis modeste tñ ipm honorē voluit. ꝛ iō asellū ascēdit. vt hic refert Berñ. in ꝓmone diei oliuaruz. Istis igit q̄ttuor ꝓutib;. s. prudētia. fortitudine. tpantia ꝛ iusticia vsus ē dñs ꝓ tutū ꝓpter nr̄am instructionē. Dicunt aūt cardinales esse ac ꝓncipales. q̄ ab eis oēs alie ꝓutes morales descendūt. Nō igit estimādus est fuisse vari⁹ vel inc̄stans sic nec alios q̄ ꝓm diuersos casus in diuersis virtutib; se exercet. Redit igit dñs ihs die sabbati ante diē palmarū in bethaniā que est ꝓpe hierl'm q̄i ad duo miliaria. ꝛ ibi fecerunt ei cenā in domo symonis leprosi. sed ꝛ ibi fuerūt lazar⁹. martha ꝛ maria. Erat em̄ forte ꝓsanguinei vel multū domestici eius de simonis. Tunc aut̄ maria fudit sup caput ei⁹ libā vnguēti ꝑciosi. et ex eo vnxit ei caput ꝛ pedes. Et q̄ alia vice fecit in eadē domo ex ꝓtritione. nunc faciebat ex deuotione. diligebat em̄ eū sup oīa. ꝛ de obsequēdo eidē satiari nō poterat. Sed murmurauit de hoc pditor iudas. ꝓ qua domi/nus rñdit ꝛ eā debito more defendit. nihilomin⁹ tñ pditor indignat⁹ remāsit. et inde pditiōis occasionē assumpsit. ꝛ die mercurij sequēti dñm iesum ꝓ. xxx. argēteis vendidit. Conspice igit eū cenante cū illis suis amicis. ꝛ cōuersante cū eis. illis pauc⁹ diebus vsq; ad passionē suā. Sed ampli⁹ in domo lazari. dom⁹ nanq; ipi⁹ ꝛ sororis ei⁹ erat suū refugiū generale. ibi comedebat de die ꝛ dormiebat de nocte cū discipul's suis. Ibi etiā mat ei⁹ dña nr̄a cū sororib; q̄escebat. et multū honorabāt eā omēs. ꝛ maxime magdalena semp sociando cā. nec ab ea vllatenus discedendo. Conspice ergo ipam dñam. q̄ stat timore ꝑterrita ꝙ dilectissimo filio suo nec se ab illo vllo tpe sepabat. ꝛ cū dominꝫ defendēs magdalenā a murmure pditoris. dixit. Dittens hec vnguētū hoc in corpus meū ad sepeliendū me fecit. An nō credis q̄ buj⁹ ꝓbi gladius mr̄is aiam ꝑtransiret. Quid em̄ de morte sua poterat exp̄ssius dicere. Sil'r ꝛ oēs alij stabāt ꝑterriti ꝛ anxij cogitatōib; pleni colloquētes adinuicem vn⁹ cū altero hinc inde. more illoꝝ qui hñt dura ꝛ aduersa tractare. ꝛ maxie timebant q̄n ibat in hierl'm. q̄ faciebat q̃libet die. Multa em̄ ab ista die sabbati vsq; ad diē cene locut⁹ est iudeis. ꝛ opatus est palā in hierl'm. de q̄b nō intendo referre nisi de aduentu sup asello. ne meditatio ipi⁹ impediat. Sum⁹ em̄ in ianuis passionis. Unde totū tuū recollige spm̄ ne ad alia sis distractus. vt tā ad hec mysteria q̄ ꝓcedunt q̃s ad ipam passionez mente vacua curis. ꝛ valde puigil possis intēdere. ꝛ interim libenter conuerseris in bethania cū pdictis.

¶ De aduentu dñi in hierusalez sup asello.

Ibidē quō ieſus dī triby modis fleuiſſe.

¶ Capitulū.lxxij.

Requētabant myſteria.implebant ſcripture p dñm ibm.appropinq̄nte tpe q̄ zelabat remediū mundo ꝓferre p̄ri corpis passionē. Igit die sequenti sūmo mane.ſ.die dñica parauit ſe ad eūdū in hierl'm nouo z incōſueto mō. ſed sic̄ fuerat ꝓbatū. ¶ Cunq̄ pgere vellet mr̄ pio affectu retrahebat eū. dicēs. Fili mi q̄ vis ire.tu scis ꝓspirationē ꝓtra te factā.quō vadis inter eos. Rogo te vt nō vadas. Sil'r z discipulis alijs videbat intolerabile q̄ ibat z vt poterāt retrahebant eū. Dicebat magdalena.nō eatis mgr̄ p deo. Vos scitis q̄ desiderāt mortē vr̄am. Si vos itis i manꝰ eorū.hodie vos capient.z habebūt intentuz suū. O deꝰ quō diligebāt eū. z quō erat eis amarū q̄cquid lederet ipm. Ipe ꝙo alit dispoſuerat q̄ vniuerſoꝝ ſalutē ſitiebat. z respōdebat eis. Volūtas ꝓpria mei est q̄ ego vadam.ſinite.nō timeatis.q̄ ipe defendet nos.z hoc sero hucredibimus illeſi. Cepit igit ire.z illa parua comitiua ſed fidel'ſ secuta est ipm. Cū aūt venit bethphage.ſ.in vicū quendā in medio itineris miſit duos diſcipulos in hierl'm vt sibi adducerēt asinā z pullū eius.alligatos i loco publico ad ministeria pauperū deputatos. Quo facto dñs ihs ꝑmo sup asinā.z paz post sup pullū humilit ascendit.sup quos discipuli vestimenta ſua poſuerant. Et sic eq̄tabat dñs mūdi.z q̄q̄ inſtiſſimū foret eum honorari. honorꝫ tñ tpe talibꝫ dextrarijs z falerꝫ vſus fuit. Conſpice nūc bene ipm.z vide quō in hoc ſuo honore vitupauit honorabilē pompam mūdi. Nō em̄ fuerūt hec aialia frenis z ſellis deaurat̄ z falerꝫ ſericat̄ ornata more ſtulticie mūdialis.ſed vilibꝫ pānis z duobus funicul'cū eſſet rex regū z dñs dñoꝝ. Turbe aūt cū ſciuerūt iuerūt obuiā ei.z vt regē cū laudibꝫ z canticꝫ cū veſtiū ſuaz z ramoꝝ arboꝝ ſtratione ac leticia magna ſuſceperūt eū. Immiſcuit aūt cum iſta leticia fletū. Nāq̄ cū vidit hierl'm fleuit ſup illā dicens. Quia ſi cognouiſſes z tu ſupple fleres ſum fleuiſſe. Una de morte lazari.ſ.būanaz miſeriā. Alia h̄ ſcz būanā cecitatē z ignorā/tiā. Hic em̄ fleuit.q̄ nō cognouerūt tpe viſitatōis ſue. Tercia vice fleuit in paſſiōe ſua ſcz būanā culpā z malicia.q̄ videbat q̄ paſſio ſua oibꝫ ſufficiebat.z tñ nō omibꝫ ꝓficiebat.q̄ nō reprobis z durꝫ corde ac impenitētibꝫ. Et de hac refert apl's ad Heb.dicēs. de tpe ſue paſſiōis. Quia cū clamore valido z lachrymis exaudit⁹ est.p ſua reuerētia De his tribꝫ vicibꝫ habek in textu.ſz z alias tenet eccl'ia q̄ fleuit.ſ.infantul⁹. z iō cantat. Vagit infans inter arta poſit⁹ p̄ſepia. q̄ō faciebat vt myſteriū incarnatōis diabolo occultaret. Cōſpice g̃ bene ipm nūc flentē.nā z flere deberes cū eo. Fleret em̄ largit̄ z fortiter.q̄ nō ſimulate ſz vere dolebat cum ipis Ihū corde amaro flebat illoꝝ piculū etnale Predixit etiā tūc ipoꝝ excidiū corpale. Cōſpice etiā diſcipulos q̄ diligent̄ vadūt iuxta eū cū tremore z reuerētia. Ipi sunt barones z comites ſui domicelli z dextratores. Cōſpice etiā mr̄em cū magdalena z alijs ſeminaby seq̄ntes attēte post eū. Hec credere debes q̄ ipo flēte potuerūt mr̄ et alij ſui lachrymas ꝓtinere. Intrauit g̃ dñs ihs cum iſto triūphoꝝ honore turbaz in ciuitatē.de q̄ ciuitas cōmota est. Venit aūt ad tēplum z eiecit emētes z vendētes. Et hec fuit ſcda eiectio. Et ſtetit dñs ieſus publice in tēplo p̄dicans pl'o z rñdens p̄ncipibꝫ pharisēis vſq̄ q̄ sero. Et ꝫ sic honorat⁹ fuiſſet ab illis nō est inuent⁹ aliq̄s qui eū etiā ad bibendū inuitaret. Tota igit die ipe z ſui ieiunauerunt.z sero cū eis bethaniā redijt. Cōſpice ergo z nunc bñ ipm.q̄ valde hūilit vadit p ciuitatē cū illis pauc̄ q̄ sic honorificē venerat mane. Et q̄ potes ꝓsiderare q̄ parū est de mūdano curandū honore. q̄ sic terminatur in breui. Potes etiā ꝓsiderare quō magdalena z alij gaudebāt q̄ñ honorabat̄ a turbis.z multo magis q̄ñ bethaniā redierunt illeſi.

¶ Quō dñs ieſus mortē ſuā p̄dixit matri.

¶ Capitulū.lxxij.

Ic poteſt interponi meditatio valde de pulchra.de q̄ tñ ſcptura nō loq̄tur. Cenāte nāq̄ dño ieſu die mercurij cū diſcipulis ſuis in domo Marie et marthe z etiā mr̄e eiꝰ cum mulieribꝫ in alia parte domꝰ. Magdalena miſtrās rogauit dñm dicēs. Mgr̄ ſitis mēor q̄ facietis paſcha nobiſcū. Rogo vos vt hoc nō denegetis mihi. Quo nullatenꝰ acq̄eſcente.ſed dicente.q̄ in hieruſalē faceret paſcha. Illa recedens miro cum fletu z lachrymis. vadit ad dñam.z bis ei narratis rogat vt ipa euz

ibi ī paschate teneat. Cena igit facta. vadit dñs ihesus ad mrem. et sedet cū ea seorsum colloquēs cū ea. z copiā ei sue pñtie pbens quā in breui subtractur⁹ erat ab ea. Cōspice nūc bene ipos sedentes. z quō dña reuerenter eū suscipit. z cū eo affectuose morat. z sil'r quō dñs reuerent' se habz ad eā Ipis igit sic colloquētibz Magdalena vadit ad eos. z ad pedes eoz sedēs dicit. Dña ego in uitabaz mgrm vt hic faceret pascha. ipe vero videt velle ire in bierl'm ad paschanduz. vt capiat ibi. Rogo vos vt nō pmittatz euz ire. Ad quē mr. Fili mi rogo te vt nō sic fiat. sed faciam⁹ hic pascha. Scis em q insidie ad te capienduz ordinate sunt. Et dñs ad eā. Mater carissima volūtas pris est. vt ibi faciā pascha. qz tps redēptōis aduenit Modo ipleb'unt omia q de me scpta sunt. z faciēt in me quicqd volent. At ille cū ingēti dolore hec audierūt. qz bene intellexerūt q de morte sua dicebat. Dicit igitur mr vix valens ꝓba formata pferre. Fili mi tota cōfussa sum ad vocē istā. z coz meū dereliquit me. Prouideat pr. qz nescio qd dicā. Nolo sibi ꝓtradicere. sed si sibi placeret. roga euz vt differat ad pñs. z faciam⁹ hic pascha cuz istis amicis nris. ipe vero si sibi placebit poterit de alio mō redēptōis sine morte tua puidere. qz omia possibilia sunt ei. O si videres int' hec verba dñm plorantez. modeste tñ z plane. ac magdalenā tanqz ebriā ō magistro suo largit' z magnis singultibz flentē. forte nec tu posses lachrymas ꝓtinere. Cōsidera in quo statu esse poterant qñ hec tractabant. Dixit em dñs blande ꝓsolans eas Nolite flere. scitis q obediētiā pris me implere oportet. sed p certo ꝓfidite. qz cito reuertar ad vos z tercia die resurgaz incolumis. In monte igit syon fm volūtatē pris faciā pascha. Dicit autē magdalena exq nō possumus eū hic tenere. simus z nos in domo nra in bierl'm. sed credo q nūqz habuit pascha sic amarū. Acqcuit dñs q z ipe ī dicta domo facerent pascha.

¶ De cena dñi. Itē de mensa z mō sedendi in mēsa. Exemplū ānqz virtutū xpi in cena Item ānqz ex fmone dñi. ¶ Cap. lxxiiij.

Hdueniente iā z imminēte tpe miserationū z misciaz dñi ihesu q dispuerat saluā facere plebem suā z eā redimere nō coz'uptibili auro z argēto sed pciosissimo sanguine suo, voluit cenā facere cū discipulis suis notabilē anteqz ab eis p mortē discederet in signū memoriale recordationis. ac etiaz vt cōpleret mysteria q restabant cōplenda. Fuit aūt hec cena magnifica valde. z magnifica sunt que fecit ibi dñs ihesus. Ad q intuenda te cū sūma attentione pñtem exhibe. qz si hoc digne z vigilanter feceris nō patiet te curialis dñs recire ieiumā ¶ Circa ipam igit q̄ttuor ꝓncipaliter q ibi notabilit facta fuerūt. meditāda occurrunt. Primo ipa corporalis cenatio. Scdo pedū discipuloz p dñm ihesum ablutio. Tercio sacramēti sui sacratissimi corporis institutio. Et q̄rto pulcherrimi fmonis p ipm cōpositio. De quib⁹ p ordinē videamus. ¶ Circa pmū attende q petrus z iohes iuerunt iussu dñi ihesu ad q̄ndā amicum suū in montē syon. vbi erat cenaculuz grande stratū ad parandū pascha. Sed et dñs cū alijs discipul' die iouis adueperante die ciuitatē intrauit. z ad ipm locum init. Aspice nunc igit eū stantē in aliq parte domus z colloquētē cum suis discipulis salubria. z interim in cenaculo parabat p eis p alios de. lxxij. discipulis pascha. Legit nāq in legenda scti Marcialis q ipe cū aliqb⁹ de. lxxij. discipul' fuit ipo die sero ad ministrandū dño ihesu qñ lauabat pedes discipuloz suoz. Cū aūt essent omia in cenaculo parata dilectissim⁹ iohes q̄ sollicite ibat z redibat ad parandū z iuuandū in ppara tione pfata. venit ad dñm ihm dicēs. Dñe vos potestis cenare qñ placet vobis. quia omia sunt parata. Conspice nūc bene z morose omia q dicunt z fiunt. qz viscerosa sūt valde. nec abbreuiāda sunt sic cetera dñi ihesu facta. sed poti⁹ dilatanda. In ꝟ igit est maxima vis oim meditationū de ipo. sed z amoris ist⁹ magt. s. ꝓpter excessiua insignia. que in hac cena facta fuerūt. Surgit q dom'n⁹ ihesus z discipuli ei⁹ cū eo. Iohes vero ei⁹ lateri se iungens ab eo se deinceps nullaten⁹ sepauit. Nullus em sic fideliť ac familiariť adhesit ei sicut iohes. Nā cū capt⁹ fuit introiuit cū eo in atriū ꝓncipis sacerdotū. nec in crucifixiōe. nec in morte nec post mortē dimisit eū q̄squ fuerat ipe sepultus In hac aūt cena iuxta eū sedit. licet esset minoz alijs. Intrāt aūt cenaculū omēs. lauāt man⁹ z circūstantes mēsam deuotissime benedicunt. Aspice bene p singula. Scire autē debes q ipa mēsa erat i terra, z more au-

tiquoꝝ in era sederũt ad cenã. Erat autem mẽsa q̃dra vt credit. de pribꝫ tñ tabell'. quaꝫ ego vidi rome in eccia lateranẽsi. z ego eam met mẽsurani. Est aũt in vno q̃dro duoꝝ brachioꝝ z triũ digitoꝝ vel palmi vl' citra. ita q̃ licet arte tñ in q̃libet q̃dro vt creditur tres discipuli sedebãt. z dñs ihs bũilit in q̃ dã angulo. ita q̃ oẽs in vno catino comede re poterãt. Et ꝓterea nõ intellexerũt eũ di scipuli qñ dixit. Qui intingit mecũ manũ i parapside hic me tradet. qz oẽs piter intin/ gebãt. Bñdictiõe igit facta p dexteraꝫ dñi. sedent circa mẽsam. iohe sedente iuxta do/ minũ ihm xpm. Agn⁹ paschal' tũc eis defer tur. Sed attẽde q̃ duplicit poterãꝫ medi/ tari. Uno mõ q̃ sedeãt sic ĩã dixi. Alio mo/ do vt stent recti cũ bacul' in manib⁹ come/ dẽtes agnũ cũ lactucꝫ agrestib⁹. z ita obser/ nantes q̃ in lege dñi mãdant. dũmõ postea eos meditẽrꝫ sedere ad aliq̃d mãducãdum vt ex pribꝫ locis text⁹ p̃t colligi. qz nec iohã/ nes retũbere supꝫ pect⁹ dñi alit potuisset ni si sedendo. Delato ĝ agno paschali asso. ac/ cepit eũ ver⁹ z imaculat⁹ agn⁹. s. dñs ihs q̃ erat i medio illoꝝ tãq̃ q̃ mĩstrat. sciditq̃ eũ i frusta. discipl'is alacrit porrexit. z ad come dendũ ꝓtrat. Ipi ꝙo comedebãt. sed ala/ critatẽ nõ capiebant semp pauidi. ne nouĩ/ tas ꝓtra dñm fieret. Cenãtib⁹ aũt eis pate/ fecit factum aptius z int' alia ita ait. Deside rio desideraui ꝟ pascha mãducare vobiscũ anteq̃ patiar. Un⁹ aũt vr̃m me tradit⁹ ẽ. Hec vox in corda ipoꝝ vt gladius acutissi mus intrauit. z comedere cessauerũt. aspici entes seipos inuicẽz dicentes. Nunq̃d ego sum dñe. Aspice nũc bñ ipos z cõpatere tã dño ihu q̃z ipis. qz in magno dolore sũt po siti. Ipe aũt pditor ne viderent hec ꝟba pti nere ad ipm comedere nõ cessauit. Johes vero ad instantiã petri q̃siuit z dixit. Domi ne ds est q̃ tradet te. Et dñs ihs tãq̃ singu lari dilecto familiarit ei apuit. Johes vero stupefact⁹ z cordialit gladiat⁹ ꝟsus eũ se in/ clinauit z supꝫ pect⁹ ei⁹ recubuit. Petro aũt dñs nõ dixit. qz vt dicit Aug⁹. Si ipm sci/ uisset. dentib⁹ pditorẽ discerpsisset. Sed p petrũ signant actiui. p iohem ꝓtplatiui vt dicit Aug⁹. in eadẽ Omel'. euãge. qõ legit i festo scti iohis. Un̄ habes ꝟ argumentũ q̃ ꝓtplatiu⁹ nõ intromittit se de actib⁹ extrin secis. de ipis etiã offensis dñi vindictã non expetit. sed gemit interi⁹ z per oꝝones se ad deũ ꝙuertit. z forti⁹ ei p ꝓtplationẽ appro/ pinans. eiq̃ inherẽs. oĩa sue dispositõi cõ/ mittit. Nã aliq̃ ipe ꝓtemplatiu⁹ ex zelo dei z aniaꝝ exteri⁹ exit. vt supꝫ pleni⁹ habuisti i tractatu de vita ꝓtplatiua. Hic etiã hẽs q̃ nec ipe iohes dixit petro. q̃uis ad ipi⁹ nu/ tũ dñm q̃siuisset. Ex q̃ potes colligere q̃ cõ templatiu⁹ nõ debet secretũ sui dñi reuela/ re. Legit aũt de beato Francisco q̃ reuela/ tiones occultas nõ reuelabat exterius nisi q̃ntũ fraterne salutiꝫ vigebat zelus. vel sup/ ne reuelatiõis dictabat instinct⁹. Nũc igit ꝓspice dñi benignitatẽ quõ dilectũ suũ su/ pra pect⁹ suũ retinet tã benigne. O q̃z tener rime se adinuicẽ diligebãt. Cõspice etiã ali os discipulos multũ mestos ad hãc dñi vo cem nõ comedẽtes. sed seinuicẽ aspicientes z supꝫ his consiliũ capere nescientes. Hec de primo articulo sufficiant. ¶ Circa scdm ve ro diligent' attende. Dis nãq̃ sic se bñtib⁹. surgit dñs ihs a cena. surgũt statim z disci/ puli ignorãtes q̃ ire velit. Ipe aũt descẽdit cũ eis in locũ aliũ inferius in eadẽ domo vt dicunt q̃ locũ viderũt z ibi oĩes sedere se cit. aquã iubet sibi afferri. ponit vestimenta sua. lintheo se p̃cingit. z aquã mittit in pel/ uim lapideã vt lauaret ipoꝝ pedes. recusat petr⁹ z tot⁹ stupefact⁹ rẽ suo iudicio sic inde centẽ declinat. Sed audita xpi cõmiatiõe sapient' ꝓsiliũ mutauit in melꝰ. Considera nũc bene singulos act⁹. z cũ admiratõe con spice q̃ gerunt. Inclinat se sũma maiestas z bũilitatis mgr̃ vsq̃ ad piscatoꝝ pedes. stat incurnat⁹ z genib⁹ flexis. coꝝ ipis sedẽtib⁹ lauat. p̃ijs manib⁹. abstergit. deosculat q̃ oĩm eoꝝ pedes. Sed z illud superaltat bũilitatẽ q̃ z ipi. pditori eadẽ obseq̃a ipe p̃/ bet. Sz o coꝝ nequã z oĩ duricia duri⁹ si sic ad tantã bũilitatẽ nõ emolliris. si sic domi/ nũ maiestatꝫ nõ vereriꝫ. si sicvsq̃ ad ipius sp tibi bñfici semp̃q̃ innocentꝫ seuis interitũ. Sz ve tibi miser. tu q̃dẽ obdurat⁹ qõ cõce/ pisti parturies. nõ tñ ipe. sz tu pibis. Admi randa ẽ ĝ merito tãta bũilitatꝫ z benignita tis pfunditas zẽ. Hoc aũt cõpleto misterio redit ad locũ cene. z iteꝝ recũbens. eos ad suũ exẽplũ imitãdũ ꝓtrat. Potes aũt hic meditari q̃ dñs ihs exẽpluz dedit nob isto sero q̃nq̃ magnaꝝ ꝟtutũ. s. bũilitatis vt di ctũ est lauãdo. Caritatꝫ in sacro coꝝpis. z i ꝟmone q̃ est monitꝫ caritatꝫ plen⁹. Patiẽtie in sustinẽdo pditorẽ suũ. z mlta obꝓbria

qñ fuit captꝰ ꝛ ductꝰ vt latro. Obediẽtie in eũdo ad passionẽ suã ꝛ mortẽ ex obediẽtia pris. Ozionis ī ozando in ozto tribꝰ vicibꝰ. In his ꝙ ꝑtutibꝰ eũ imitari conemur. Et ħ de scdo articulo. ¶ Circa terciũ ꝑo meditãdo obstupesce illã clarissimã dignationẽ. ꝛ dignatissimã caritatẽ q̃ nob̃ tradidit semet ipm. ꝛ reliqt in cibũ. Cũ ꝙ lotꝰ discipulox pedibꝰ itex recubuisset volẽs finẽ dare legali bꝰ institutꝰ ꝛ sacrificijs ꝛ nouũ incipe testamẽtũ. seipm sacrificiũ nouũ facit. ꝛ accipiens panẽ oculos ad pẽm eleuãs. ꝓfecit altissimũ sacrm corpis sui. ꝛ dãs discipulis suis dixit. Hoc ẽ corpꝰ meũ qđ ꝓ vob̃ tradet. Silr ꝛ calicẽ di. Hic ẽ sanguis meꝰ q̃ ꝓ vobis effundet. Aspice nũc bñ ꝓ deo. quõ diligent fidelit ꝛ deuote ꝑdicta facit. ꝛ manibꝰ ꝑijs cõicauit illã dilectã ꝛ bñdictã familiã suã. Et tandẽ ī amorꝰ recordationẽ. subiungit di. Hoc facite ī meã cõmẽoratõnẽ. Hoc est illud mẽoriale qđ aĩam gratã cũ ipm suscipit mãducando vl fidelit meditãdo deberet totã ignire ꝛ inebriare. ꝛ ī ipm dnm ꝑ amoris ꝛ deuotõis vehemẽtia totalr transformare. Nihil ei magꝰ. cariꝰ. dulciꝰ ꝛ vtiliꝰ nob̃ relinqre potat q̃m seipm. Ipe nãq̃ quẽ in sacro sumimꝰ ille idẽ est q̃ de ꝙgie mirabilit incarnatꝰ ꝛ natꝰ. ꝓ te mortez sustinuit. ꝛ q̃ resurgẽs ꝛ gliose ascẽdẽs sedet a dextrꝭ dei. Et ipe est q̃ creauit celũ ꝛ trã ꝛ oĩa. ꝛ q̃ ea gubernat acẽt moderat. Ipe est a q̃ dependet salꝰ tua. in cuiꝰ volũtate ꝛ ptãte ẽ tibi dare vl nõ dare gl'am paradysi. Ipe ẽ q̃ est ī tali hostia modica oblatꝰ. ꝛ tibi exhibit. Ipe ẽ dñs ihesus xp̃s filiꝰ dei viui. Et ħ de tercio articulo. ¶ Circa q̃rtũ vero ad oĩm cumulũ superfluentẽ attẽde alia dilectõis isignia. Facit em eis ꝼmonẽ pulcherrimũ. plenum dulcedĩ. ꝛ amorꝭ carbonibꝰ ignitũ. Cõicatis nãq̃ discipul ꝛ pessimo iuda (ꝼm Aug. sup pũ. xl. licet ꝼm alios nõ fuerit in cõicatione) dicit ipi iude dñs ihs. Qđ facꝭ fac citius. Ille aũt infelix egrediẽs iuit ad ꝑncipes sacerdotũ. q̃bꝰ eũ ꝑcedenti die mercurij vendiderat. xxx. argẽteis. ꝛ petijt ab eis cohortẽ ad ipm capiendum. Interim ꝙ dñs ihs fecit discipul dictũ ꝼmonẽ. Et cꝰ ornatu. vtili ac venerãda magnitudie q̃nq̃ ꝑncipalit meditãdo assumo. ¶ Primũ q̃lit ꝑdicens eis discessuz suũ eos ꝙfortauit. Dicebat nãq̃. Adhuc modicũ vobiscũ sũ. sed nõ relinquã vos orbanos. Vado ꝛ venio ad vos. Iterꝭ aũt videbo vos. ꝛ gaudebit cor vrm. Hec ꝛ bis silia q̃ succincte ptãseo discebat eis q̃ corda ipoꝝ totalit ptransibãt ꝛ penetrabãt. Nõ em de suo discessu poterãt aliqđ tolerare. ¶ Scõ circa ꝼmonẽ meditandꝭ q̃lit cordialit ꝛ instanter instruxit eos de caritate dicẽs plibꝰ vicibꝰ. Hoc ẽ mãdatuz meũ vt diligatꝭ inuicẽ. Et in ħ cognoscẽt omnes q̃ discipli mei estꝭ si dilectionẽ habueritis adinuicẽ. Et alia hmõi q̃ in textu plenius poterꝭ repire. ¶ Tercio circa ꝼmonẽ meditandꝭ quõ monuit eos ad obseruantiã mãdatoꝝ suoꝝ di. Si diligitꝭ me mãdata mea seruate. ꝛ si ꝑcepta mea seruaueritꝭ manebitꝭ ī dilectõe mea. Et alia hmõi. ¶ Quarto circa ꝼmonẽ meditandꝭ q̃lit det eis ꝓfidẽtiã ꝑ tribulatões q̃s eis ꝑdicit eẽventuras. Hoc mõ ī mũdo ꝑssuras hẽbitꝭ. sed ꝓfidite qz ego vici mõm. Et itex si mũd̃ vos odit. scitote qz me ꝑmio rẽ vob̃ odio habuit. Qũdꝰ q̃dẽ gaudebit. vos aũt cõtristabimi. sz tristicia vra ꝓuertet in gaudiũ. ¶ Quinto circa ꝼmonẽ est meditandũ q̃lit ipe dñs ihs tãdẽ aspicies in celuz seuertit ad ꝑcem di. Pr̃ sua istos q̃s dedisti mihi. cũ essem cũ eis ego seruabã eos. Nũc aũt venio ad te. Pr̃ scẽ ego ꝓ eis rogo nõ ꝓ mũdo. ꝛ nõ ꝓ his tm. sz ꝓ eis oĩbꝰ q̃ mihi credituri sunt ꝓ eos. Pr̃ q̃s dedisti mihi volo vt vbi ego sum ꝛ illi sint mecũ. vt videãt claritatẽ meã. Et alia hmõi q̃ vere erãt corda scindẽtia. Virũ certe quõ discipli q̃ rã vehement dnm ihm amabãt ad ħ ꝙba subsistere potuerũt. Si ꝙ q̃ in ħ ꝼmone dicta sut attẽte discusserꝭ ꝛ meditãdo rumiaueris diligent. ꝛ in eoꝝ dulcedie reqeueris merito inardescere poterꝭ ad tantã dignationẽ. benignitatẽ ꝛ ꝓuidentiã. indulgẽtiã ꝛ caritatẽ ꝛ etiã ad alia ꝓ eũ ħ sero facta. Cõspice ꝙ eũ dũ loquit. quõ efficacit. deuote ꝛ delectabilit loquẽs. imꝑmit discipl suis q̃ narrat. ꝛ pascit in amenitate aspectꝰ ei. atqz ꝙborux. Cõspice aũt discipulos quõ stãt mesti. capitibꝰ inclinatꝭ. lachrymantes. ꝛ suspiria magãtes. pleni sunt tristicia vsqz ad sũmũ. ꝛ dicẽtes. pleni sunt tristicia vsqz ad sũmũ. ꝛ de ħ ꝙitas ipamet ferebat testimõiũ di. Quia hec dixi vob̃. tristicia impleuit cor vrm. Intuber alios aũt ꝓspice ioh̃em eidẽ familiarius coherentẽ. q̃lit attẽte ꝛ diligent aspicit bũc dilectũ suũ. ꝛ teneriꝰ anxiatꝰ oĩa ꝙba ei recolligit. Ipe em solũmõ describẽs ea tradidit vere nob̃. Inter alia q̃z dicit eis dñs ihs. Surgite eamꝰ hinc. O q̃nt̃ pauor tunc in

eos intrauit. nesciētes q̄ vel q̄lit ire deberēt
z de ipi⁹ segatione pl'imū formidātes. z ni/
hilomin⁹ postea locut⁹ est eis cōplēdo sm̄o
nē in alio loco eundo p̄ viā. Cōspice nūc di
scipulos eūtes post eū z cū eo. quō q̄libet q̄
magis pōt magis ei approriat. ogregati ggē/
tes. sic moris est pullos ggere p⁹ gallinā. i/
pellendo eū mō vn⁹. mō ali⁹ ex desiderio ap
propinq̄ndi z audiēdi ꝓba ipi⁹. Ipe vero li
benter sustinebat ab eis. Tandē cūctis cōple
tis mysteriis vadit cū eis in ortū trāsto/
rrentē cedron. z ibi suū pditorē z armatos ex
pectauit.

Sexta feria.

Meditatio de passiōe dñi in generali.

Capitulum. lxxv.

O Currit nunc ut
de passione dñi nr̄i ihu xp̄i pra
ctem⁹. Qui g̃ in passione z cruce
dñi gl'iari desiderat. sedula cordis meditati
one dz in ipa p̄sistere. cui⁹ mysteria z q̄ cir/
ca eā facta sunt si toto corē pspecta intuitu
mentis. in nouū vt puto statū adducerēt me/
dītantē. Nā pfundo corde z tot⁹ viscer⁹ me
dullis eā pscrutāri multi assūt pass⁹ inspera
ti ex q̄bꝫ nouā cōpassionē. nouū amorē. no
uas ꝓsolatōes. z p̄ ꝓ̄s nouū ḡndā statū su
sciper. q̄ sibi p̄sagiū z ptcipalia gl'e viderēt.
Ad hūc aūt statū ꝓseq̄ndū crederē tāq̄ ig/
nar⁹ z balbutiens q̄ torā illuc mentis aciē vi
gilantibꝫ oculis cordis. omissis q̄ aliis curis ex
traneis dirigi oporteret. z q̄ ꝙs se p̄ntē ex/
hiberet oibꝫ z singul'q̄ circa dñicā ipaz cru/
cē. passionē z crucifixionē ꝓtigerūt. affectuo
se. diligēt. morose z pseuerant. Te g̃ hortor
vt si vigilanx attēdisti p̄missa q̄ de ipi⁹ vita
dicta sūt. h̄ mlt'ū vigilāti⁹ totū apponas aīm
totāq̄ ꝛ̄trutez. q̄ h̄ maxie appet illa caritas
ei⁹ q̄ corda nr̄a deberet totalit concremare
cūcta ꝙ cū modificatōe solita accipe. s. q̄ sic
meditari poterūt vt narrabo. Nō ei in hoc
opusculo aliq̄d affirmare intēdo q̄ nō p sa
crā scr̄pturā vl' dicta scōz vl' opiones appro
batas affirmax vl' dz. Videt aūt mihi nō i/
cōgrue dici q̄ nō solū illa penal' z mortalis
crucifixio dñi. sz ea q̄ p̄cesserūt eādē. sūt ve/
hemētissime cōpassiōis. amaritudis z stu/
por. Quid enī ē cogitare q̄ ipe dñs nr̄ sup
oia bñdict⁹ ds. ab hora q̄ de nocte capt⁹ est
vsq̄ ad sextā crucifixiōis sue horā. fuit i bel
lasiōibꝫ z tormētis, nō ei sibi dat vl' modica
req̄es. Hz in q̄li erat bello z ꝓflictu audi z
vide. Ali⁹ ipm dulcē z mitē z piū ihm appre/
hēdit. ali⁹ ligat. ali⁹ insurgit. z ali⁹ exclamat.
ali⁹ impellit. ali⁹ blasphemat. ali⁹ expuit in
eū. z ali⁹ vexat. ali⁹ circūuoluit. ali⁹ introgat
ali⁹ ꝺ eū falsos testes inq̄rit. z ali⁹ inq̄rētes
associat. ali⁹ ꝺ eū falsuz testimoniū dic. aliuꝰ
q̄ accusat. ali⁹ deludit. z ali⁹ oculos eius ve
lat. ali⁹ facie ei⁹ pulcherrimā cedit. ali⁹ cola
phizat. ali⁹ eū ad colūnā ducit. z ali⁹ expoli
at. ali⁹ dū ducit pcutit. ali⁹ vociferat. z alius
eū insultant ad vexandū suscipit. z alius ad
colūnā ligat. ali⁹ in cū imperū facit. z ali⁹ fla
gellat. ali⁹ eū purpura in cōtumeliā vestit. z
ali⁹ spinis eum coronat. ali⁹ arūdinē in ma
nu ei⁹ ponit. ali⁹ furibū de reaccipit. vt spi/
nosuz caput pcutiat. ali⁹ nugatorie genufle
ctit. ali⁹ derident genuflexionē. z pl'a ei intu
lerūt ob pbria. ducit z reducit. spuit z repba
tur. voluit z circū flectit huc atz illuc tanq̄
stult⁹ z stultissime ibecill'. sz z tāq̄ latro z im
pñissim⁹ malefactor. mō ad annā. mō ad cay
phā. mō ad pylatū. mō ad herodē. rursuz ad
pylatū. z ibidē mō sat⁹, mō forꝺ ducit tracta
tur. Dei⁹ me⁹ q̄d est h̄. nōne tibi videt h̄ du
rissimū. amarissimū z ptinuū z magnū bel/
lū. Hz expecta parūper z duriora videbis.
Astāt ꝺ eū ꝓstant p̄ncipes z pharisei senio/
res z milia pl'i. acclamat ab oib⁹ vnanimit
vt crucifigat. Crux hūer⁹ ia fract⁹ z lacera/
tis ponit in q̄ crucifigit. Cōcurrūt vndiq̄
ciues z aduene. tā maiores q̄ ribaldi. vini/
q̄ potatores. nō ad cōpatiēduz sz vilissime
deridēdū. nēo ē q̄ eū agscat. sz luto z imun/
dicijs ipetuose eū cōmaculāt z affligunt. z
dū ign̄miā suā portat fact⁹ ē ill' in pabolaz.
ꝺ eū loq̄bāt q̄ sedebāt i porta. z in eū psalle/
bāt q̄ bibebāt vinū. impellit z anxiat. trahit
z accelerat. z sic flagellat⁹. fatigatus. tot⁹q̄
macerat⁹ z ob pbrijs saturat⁹ vsq̄ ad sūmū
nō sinit reqescere. nō ē in ocio. vix p̄ refo/
cillare spm̄ q̄uscq̄ puerū ē ad caluarie locū.
vtiq̄ imūdissimū z fetidissimū. Et oia cū i/
petu fecerūt z furore. In ipo āt loco finis z
q̄es bello iponit ō q̄ tractam⁹. sz est illa q̄es
aspior bello. Est crucifixio z lectus doloꝛ.
Ecce qualis quies. Videt g̃ quomō vsq̄
ad sextam horam passus est longum et du
rum belluz. Vere intrauerūt aque vsq̄ ad
aniam suā. z circūdederūt eū canes multi.
terribiles. fortes z feroces. z ꝓsil'ū malignā
tium eū obsedit q̄ dire z vt gladi⁹ bis acut⁹

exacuerūt in eū linguas z mas. Ex his ergo q̄ dicta sunt expedita videnť q̄ de passione dñi dici pñt sūmatim in triby horis p̄mis vsq; ad sextā. s. matutinali. p̄ma z tcia. Sed nō sic nō est tāta amaritudo z pena dñi ihu sic leuiť ptractāda. ꝓpter qō reflecte oculos z intēde. Magna em̄ z multiplex cōsideratio supest. multūq; penetranda z pia. dūmō vt dictuz est exhibeas te pñtem. Hec em̄ in quadā generalitate sunt dicta. Sed videamus singula diligenť. Nō em̄ dz nos tedere ista cogitare q̄ ipm dñm nō teduit tolerare.

¶ Meditatio passiōis xp̄i añ matutinas. ¶ Capitulū. lxxvj.

Reassume g̃ meditatiōes istas a p̄ncipio passiōis z pseq̄re p ordinēvsq; in finē. de qby sic mihi videť moduz tangā. tu ꝓ vt placet exerciterz in ampliorib⁹. vtz tibi dñs ipe dabit. Attēde g̃ ad singula ac si pñs esses. z cerne cū attente. cū a cena exiens fmone cōpleto in ortū cū discipulis. s. vadit. Ultimo nunc intra z ꝑpende quō affectuose. socialiť ac familiariť eis loquiť. z ad orōnē hortať. quō etiaz ipe pusillū. i. p iactū lapidis ꝓgrediēs hūiliť ac reuerenť positis genibꝫ orat pfez. Dic parūper subsiste z mirabilia dñi dei tui mēte pia reuolue. Orat nūc dñs ihs. Sed hacten⁹ legiť pluries sic orasse. sed p nob tūc vt aduocatus nr̄. nunc autē p se orabat. Cōpatere z admirare pfundissimā suā humilitatē. Cū em̄ sit de⁹ patri suo coetern⁹ z coeq̄lis. obliti⁹ videť se deū esse. z orat vt hō. stat tanq; q̄libet homuncul⁹ de pl'o dñm orās. Considera etiā pfectissimā obedientiā. Quid ei orat. certe orat patrē vt horā mortis ab eo trāsferať hz hoc expedire vt non moreret si ei placeret. z tū nō exaudiť fm aliquā dico voluntatē q̄ in eo erat. Fuit tñ in eo multiplex volūtas. vt iā dicā. Et hic etiā tu cōpatere qz vult pr̄ vt peniť moriať. Qui q̄uis verꝰ z vnicꝰ z filio ꝓprio nō pepcit sed p nob omnibꝫ istū sic tradidit. Sic em̄ dilexit mundū. vt filiū suū vnigenitū daret. Dñs aūt ipse hanc obedientiā suscipit z exequiť reuerenť. Vide in tercio loco indicibilem ad nos caritatē tā pris q; filij. cōpassiōe. admiratione. veneratiōeq; dignissima. Propter nos hec moꝛs indiciť z sustineť ꝓpť nimiaz caritatez ipoz. Orat g̃ dñs ihs prem plixe dicēs. Abi pr̄ clementissime. rogo te vt exaudias orōnē meā. z ne desperez depcatiōnem meā. Intende mihi z exaudi me. qz cōtristaꝰ sum in exercitatiōe mea. z anxiaꝰ est in me spūs meꝰ. z in me turbatū est cor meum. Inclina g̃ ad me aurē tuā. z intende voci depcatiōis mee. Tibi pr̄ placuit me i mū dū mittere vt p iniuria tibi ab hoie facta satisfacerē. z statim cū voluisti. dixi. Ecce vado Et sic̄ in capite libri scriptū est de me vt facerē voluntatē tuā sic volui. veritatē tuaz z salutare tuū annūciaui. Paup fui z in laboriby a iuuētute mea. faciens voluntatē tuaz z oīnia q̄ mādasti feci. Paratꝰ sum etiā cōplere q̄ restant. Si tū pr̄ mi fieri pōt tollea me tantā amaritudinē q̄nta mihi parata ē ab aduersarijs meis Vides em̄ pr̄ quanta aduersanť aduersuz me. z q̄t z q̄nta mihi imponūt. ꝓpter q̄ accipe aiam meā ꝓ filiari sunt Sed pr̄ sctē si feci ea. si est iniq̄tas i manibꝫ meis. Si reddidi retribuētibꝫ mihi mala. decidā merito ab inimicꝫ meis inanis. Ego em̄ q̄ tibi placita sunt feci sp̄. Ipi ꝓ posuerūt aduersuz me mala p bonis. z odiū p dilectione mea. z discipulū meū coꝛruperūt. z suū ducē ad me pdendū fecerūt. z appenderūt mercedē meā triginta argēteis. q̄b appreciaꝰ sum ab eis. Rogo te pr̄ mi vt transferas a me calicē istū. Si aūt aliť tibi videť Fiat volūtas tua z nō mea. Sz exurge pr̄ in adiutoriū meū. Festina vt me adiuues. Dato em̄ dilectissime pr̄ q̄ me nesciērūt filiū tuū. qz innocētē vitā cū eis duxi. z multa bona eis ꝓtuli. nō deberēt pr̄ sic mihi crudeles. Recoꝛdare nāq; q̄ sterem in cōspectu tuo vt loq̄rer p eis bonū. vt auerterē indignationē tuā ab eis. Sed ve. nūq̄d reddiť p bono malū. Ipi aūt foderūt foueam aīe mee. z mortē turpissimā parauerūt. Tu vides dñe. ne tileas. ne discedas a me. q̄m tribulatio p̄xia est z non est q̄ adiuuet. Ecce in ꝓspectu tuo sunt q̄ tribulāt me. q̄rentes aiam meā. Imꝓperiū expectauit coꝛ meū z miseriā. Et rediēs dñs ihs ad discipulos suos excitās eos z de orādo ꝓfortat Et iteꝝ sc̄o z tercio ad orōnē redit in triby scz diuersis loc̄ distātibꝫ abinuicē p iactuz lapidis. nō q̄ntū q̄s excutiēs brachiū. pjce re posset. sed q̄ntū sine mag̃ violētia lapidē mitteret fozte q̄nta ē lōgitudo domoꝛ nr̄a rū vt habeo a fratre nr̄o qui fuit ibi. Et adhuc in ipis locis sunt vestigia ecclīarū que ibi facte fuerūt. Rediens g̃ ad orōnē vt dixi

scdo z tercio eundē sermonē orauit z addi/
dit. Pr̄ iuste si sic decreuisti. vt penit⁹ crucʃ
patibulū subeam. fiat voluntas tua. Sed
recōmendo tibi dilectissimā matrē meaz. z
discipulos meos q̄s hucusq; seruaui. Pa/
ter mi serua eos āmodo. Et interim sacra/
tissim⁹ ille sanguis corpis sui in moduz su/
doris erūpens in hac agonia siue certami/
ne. dū p̄oliti⁹ orat vsq; ad terrā babūdant
decurrit. Cōsidera nunc ḡ eū. quāta nūc est
aime sue angustia. Sed z hic illud aniad/
uerte ꝓtra impatientiā nr̄am. q; dñs trib⁹
vicib⁹ orauit anteq; a pr̄e rñsionē acciperet
Cū autē sic orat anxiat⁹ dñs ihesus. Ecce an
gelus dñi. ꝓnceps militie celestis exercit⁹.
Michael scz astitit ꝓfortans euz z dicens.
Saluete de⁹ me⁹ iesu. Ego oꝛonē vestrā z
sudoꝛē vr̄m sanguineū pr̄i vestro obtuli in
ꝓspectu toti⁹ curie supne. z oīes p̄cidētes
supplicauim⁹ vt calicē hunc trāsferret a vo/
bis. z rñdit pater. Nouit dilectissim⁹ filius
me⁹ iesus q; hūani generʃ redemptio q; sic
optam⁹. sine sanguis sui effusione sic decen
ter fieri nō pōt. z ideo si salutē vult aniaruz
oportet eū. p eis mori. Quid ḡ discernitis.
Tunc rñdit dñs ihesus angelo. Salutē ani
max oīno volo. z idcirco pot⁹ eligo mori vt
saluent anie q̄s ad imaginē suā p̄r̄ creaue/
rat q; velim nō mori z nō aie redimant. Fi
at ergo volūtas p̄ris mei. Et angel⁹ ad eū.
Confortamini ḡ z virilit agite. excelsuz em̄
decet magnifica facere. z magnanimuz ar/
dua tolerare. Cito ptrāsibunt penalia z suc
cedunt ppetuo gl'iosa. Dicit p̄r̄ q; semp vo/
bisc̄ est. z q; mr̄em vestraz z discipulos ipe
tuabit. ipos; incolumes vobis reddet. Et
būllis dñs reuerent⁹ z humilit⁹ suscipit hāc
ꝓfortationē etiā a sua creatura. ꝓsiderās se
esse minoratū paulomin⁹ ab angel⁹ dū est in
hac valle misera tenebraꝝ. z sic ꝓtristabat
vt homo z valefecit ei. Et sic exꝑbis angeli
fuit ꝓfortat⁹ vt homo rogās vt eū patri ac
celesti curie cōmendaret. Surgit ḡ tercio
ab oꝛone tot⁹ sanguie madefact⁹. quē con/
spice tergentē sibi vultū. vel etiā forte i toꝛ/
rente lauantē. totūq; afflictū reuerenter cer
ne. eiq; intime cōpatere. q; sine ingenti acer
bitate doloris ℞ sibi ꝓtingere nullaten⁹ po
tuit. Dicūt tamē sapientes et expositoꝛes q;
oꝛauit dñs ihesus patrē. nō tam timoꝛe pati
endi. q; miscdia ꝓꝛis ppli. q; cōpatiebat iu
deis. q; p sua morte seuissima pderent. Nō
em̄ ipi occidere euz debebāt. q; ex ipis erat
z in lege eoꝝ continebat. z tanta eis bñficia
impendebat dū oꝛabat pr̄em. p salute iude
oꝛū. z dicebat. vt credat multitudo gentiū
nō recuso passionē. Si vero iudei excecati
di sunt vt alū videāt. nō mea volūtas sz tua
fiat. Fuit em̄ in xp̄o tunc q̄druplex volun/
tas. s. volūtas carnis. z ℞ nullo mō volebat
pati. Volūtas sensualitatiʃ z ℞ remurmura
bat z timebat. Volūtas rōnis. z hec obedi
ebat z ꝓsentiebat. Hā iuxta Isaiā dr̄. Ob/
latus est q; ipe voluit. Et fuit in eo volun/
tas diuinitatiʃ. z hec impabat z sniaz ipa di/
ctabat. Igit⁹ q; ver⁹ erat hō. vt homo erat i
magna angustia posit⁹. Et ideo intime cō/
patere ei. z cōsidera z vide diligent⁹ oēs act⁹
z singulas affectiones dñi dei tui. Venit aūt
ad discipulos suos dicēs. Dormite iā z re/
quiescite q; ibi aliquātulū dormierunt. Bo
nus autē pastoꝛ vigilat sup custodiā gregʃ
sui pusilli. O grādis amoꝛ. Uere in finē di/
lexit eos. cū in tanta posit⁹ agonia coꝛuz p/
curat quietē. Uidebat aūt a longe aduer/
sarios suos venientes cū facibꝰ armis. Nec
tñ discip'os excitauit nisi cū ꝓpe z iuxta eos
erāt. tūc dixit eis sufficit. satʃ dormistis. ecce
q; me tradet appropinq;t. Et adhuc eo loq̄n/
te venit aī illos nequā iudas. pessim⁹ mer/
catoꝛ. z osculat⁹ est eū. Dicit em̄ q; moꝛs erat
dñi ihesu discipulos q̄s emittebat in osculo
recipe redeūtes. z ꝓterea pditoꝛ ille i signū
ihm p osculū tradidit. z p̄cedens alios cum
osculo redijt. q̄i di. Hō sum ego cū istis ar/
matis. sed rediens more solito te osculoꝛ z
dico. Aue Rabi. O vere pditoꝛ. Intuere ḡ
bñ z psequēs dñm vide quō patient⁹ z beni
gne suscipit ipi⁹ infelicʃ amplex⁹ z oscula p/
ditoꝛis. cui⁹ paulo ante pedes lauerat. z sū/
mo cibauerat cibo. Et quō se patit capi. li/
gari. pcuti z furibū de duci. Ac si eēt malefa
ctoꝛ. z oīno ipotēs ad se defendendū. Quō
etiā cōpatit discipul' suis fugientib⁹ z errāti/
b⁹. Sed z ipoꝛ dolores cernere potes. quō
inuiti z dolētes gemit⁹ z suspiria dabant. z
velut oꝛphani z timoꝛe p̄riti recedebant. z
magis ac magʃ eoꝝ augebat doloꝛ. cū vide
bāt z dñm suuz sic vilit trahi. z canes istos
trahētes eū ad victimā. z illū q̄i agnū man/
suetissimū sine resistētia ipos sequi. Cōspi/
ce nunc eū quomō ducit ab illis neḡssimis
de toꝛrente sursū bierl'm festinant⁹ z anxie.
maniby post tergum ligatis exclamidatus

tunica supcinctus nō curiose. capite disco/ opertus. z curu⁹ ex fatigatiōe z vebementi acceleratione incedēs. Cū aūt pñtak prin/ cipibꝫ sacerdotū Anne z Cayphe z alijs se/ nioribꝫ ꝯgregatis. illi q̄i leo capta preda ex/ ultant. ipm examināt. falsos ꝓcurāt testes q̄ eū ꝯdemnāt. z exuunt in ei⁹ sacratissimā faciē. oculos velant. colaphisant. alapis ce/ dunt. dicētes. ꝓphetiza q̄s est q̄ te ꝑcussit. et multis obꝓbrijs eū vexant. z in omibꝫ se patient habebat. Et hic in singul' eū ꝯspice z cōpatere. Tandē illi maiores recesserunt mittētes eū in quēdā carcerē ibi subt⁹ sola riū qui adhuc videri pōt. vel ei⁹ vestigiuz. z ligauerūt eū ad q̄ndā columnā lapideā. cu ius pars postea cōminuta est. z adhuc ap/ paret vt habeo ex frē nr̄o q̄ vidit. Dimise/ runt nihilomin⁹ alios armatos ad tutiorē custodiā qui eū p totā noctē residuā vexaue runt. derisionibꝫ z maledictis vacātes. In/ tuere g̃ qualit' audaces z pessimi cōuiciant eidē dicētes. Credebas tu melior z sapiēti/ or esse ꝓncipibꝫ nr̄is. q̄ stulticia erat tua. nō debebas apire os tuū ꝯra eos. quō fuisti ausus sic facere. Hz nūc apparet sapia tua vt stes modo sic̄ tuis cōuenit paribꝫ. dign⁹ ꝑcul dubio es morte. z tu eā habebis. z sic p totā noctē modo vn⁹ z mō alius insultabat verbis z factꝫ ꝯtra eū. q̄nta credis dicunt z faciunt hi mercēnarij obꝓbrijs vilissimis indiscrete z irreuerent' ei insultāt. Intuere nunc dñm verecunde z patient' tacentē ad oīnia tanq̄ in culpa depḥensuz. z vultu in terrā demisso z sibi cōpatere vehement'. O dñe ad quoꝫ man⁹ venisti. q̄nta est patiētia tua. Vere ista est hora tenebraꝝ. Et sic ste/ tit rect⁹ ad illā columnā ligat⁹ vsq̄ ad ma/ ne. Interim aūt iohes vadit ad dñam z so/ cias in domū magdalene cōgregatas. in q̄ cenā fecerāt. z narrat cūcta que dño z disci/ pulis ꝓtigerūt. Tūc indicibil' planct⁹. eiula tus z clamoꝛ fact⁹ est ibi. Intuere eas z cō/ patere. qz in afflictiōe pmaxima z doloꝛe ve bemētissimo sunt de dilecto dño suo. qz be ne vident z credūt nunc ipm dñm morituꝛ/ rū. Tandē dña secedit ad parietē. z in oꝛo/ nē se ꝓuertit dicēs. ꝑr̄ reuerēdissime. pater pñssime. pr̄ misericordissime. recōmēdo vo bis filiū meū dilectissimū. Non sitis ei cru/ delis. qz cūctis est benign⁹. ꝑr̄ et ne moꝛi etur ne fili⁹ meus ihs. Nihil em̄ mali fecit. Sed pr̄ iuste si redēptionē vultꝫ hūani ge/ neris. p aliū modū obsecro faciat⁹. oia nāq̄ possibilia sunt vob. Rogo vos pr̄ sc̄tissime si placet vob nō moriak fili⁹ meus ihs. libe rate ipm de mānibꝫ pctoꝝ. z reddite ipm mi/ hi. Ipe ꝓpter obedientiā vr̄am z reuerētiaꝫ nō se iuuat. Dereliq̄t sc̄ipm z tanq̄ imbecil lis z impotēs est int' istos. Vñ vos illū dñe adiuuate. Dec z his sil'ia ozabat dña cū af/ fectu suo toto z conatu. z cū magna amari/ tudine coꝛdis sui. Cōpatere nūc ei quā sic cernis afflictam.

Meditatio passionis xp̄i hoza ꝑma.

Capitulū. lxxvij.

spem suã z solaciũ in deuz ponere vt nunq̃ ex toto figat animũ in trena consolatiõe. vt q̃si suspensum habeat desideriũ ad oia exteriora. z nõ fixum. sicut q̃ supra glaciẽ incedit leuiꝰ ponit pedẽ temptãdo si trepidet vt retrahat pedẽ ne submergaꝰ. Cũ ergo pdis aliq̃d qđ diligis. pone in anio tuo q̃ nunq̃ habueris z q̃si somniũ fuerit qđ videriꝰ habuisse. q̃ more suo euanuerit. z in nihilũ redactũ sit. boc orat ꝓpheta sibi cũ affectu ispirari. dicens. Velut somniuz surgen. zc. vsq̃ rediges. Hoc est. Redige memoriã istoruz terrenorũ in corde meo qđ est ciuitas habitationis tue ad nihilũ. i. vt nihil reputẽ esse vel fuisse qđ ptransit sicut somniũ surgẽtiũ de stratu obliuiõi traditũ nõ curaꝰ. Somniũ est bec vita malis z stultis. qz putant se esse qđ nõ sunt. i. felices. z bñe qđ nõ habent Hec est vere bona volũtas cui falsa z despecta sunt q̃ hic mũdus põt habere. Iste cõsiderationes nõ sunt fantastice dicende sed vere z sapiẽtes. que faciũt mentẽ trãquillã z stabilẽ inter mũdane ꝓsperitatꝫ z aduersitatis varietates. Cũ ergo desideras qđ nõ habes. cogita q̃si habuerꝫ z iã saturaꝰ inde fueris. z modo trãsierit. Cũ aũt iam habes qđ diligis. noli nimis ei inniti p delectationis affectũ. sed cogita q̃ cito ptrãsiet ista letitia z nihil post se relinquet nisi vestigia doloris ꝓfusionis. z debitũ supplicioꝝ. Cum vero amittis qđ amaſti. estima q̃i nunq̃ habueris illud vere. Sed tm̃ q̃i in somno videris vl̃ in cogitatiõe imaginaꝰ sis te talia habuisse. ¶ Exempluz. Sicut si imaginer mibi. q̃ sim rex francie z magnã gloriam et pompã z delicias z diuitias habeaz. z postmodũ rex anglie debellet me z capiat z spoliet me gl̃ia z regno z inanis remaneam ab oñib⁹. Si igiꝰ pacta tali fantasia gũtẽ vellem turbari z tristari. de illa regni fantastici amissione. vel si valde exbylarari voluissez. de delectatiõe habite gl̃e huiꝰ fãtastice. nõne stulta tristicia vel inanis gl̃ia eẽt cõmoueri de bis q̃ nũq̃ fuerũt nec erũt ¶ Tales ei vanas leticias bñe posseꝰ. imaginãdo nobismet z fingendo quaslibet gl̃ias z delectationes. z econuerso tristicias z dolores. sic̃ solent quidã insani z lunatici q̃busdã fantasijs delusi ex ꝓfusione cerebri etiã sine apparente exteriori cã. modo ridere. modo flere. sm imaginatiões interiꝰ ꝓceptas tristes vl̃ letas. Põ. Verũtñ vniuersa vanitas. oñis hõ viuens. i. sm boiem nõ sm deũ. z quare. Verũtñ in imagine ptrãsit hõ veluit in quadam imaginaria delusione exist̃imãs se aliquid esse cũ nihil sit et ita vane extollitur. sz etiã frustra cõturbaꝰ. vanis timoribꝫ z meroribꝫ deiectꝰ thesaurizat z ignorat cui congregabit zc. qz nescit an ipe eis fruiturꝰ sit. an alius cui nõ cupit. Cõtra hoc sibimet ꝓpheta consiliũ inuenerat. dicẽs. Et nũc que est expectatio mea. nonne dñs. z substantia mea zc. vbi ꝑdere nõ formido. Econtra. pone in anio tuo de futura aduersitate nõ turbari. qz contingẽtia ita se habẽt q̃ possunt euenire vel nõ. z sepe turbamꝰ nos añ tempus timore eiꝰ qđ nũq̃ eueniet. sicut pueri flent aliq̃n recordãtes doloriſ quẽ haberẽt si parentes eoꝝ morerenꝰ. q̃ adhuc viui z sani sunt. Q̃ si etiã aduersitas certa ẽ futura. sufficit diei malicia sua vt nõ duplicẽt nob⁹ dolores p̃cedente angustia. cũ sequens tribulatio ꝑ se satis excruciet. Hec dico de tẽporali tribulatiõe nõ eẽna quã expedit nobis ꝑtimescere z ꝑcauere. Greg⁹. Ante suppliciũ de supplicio cogita.

¶ Utilitates tribulationis.

Instante vero tribulatiõe vel aduersitate. ꝓsiderãda est vtilitas aduersitatiſ. quõ petã purgat. cautos reddit a petõ. z subtrabit occasionẽ peccãdi in multis. exercet ad ꝓbes. ad bũilitatẽ z cõpassionẽ silia sustinentiũ. ad ꝓfugiẽdũ solliciti⁹ ad diuinũ auxiliũ. ad experientiã diuine clemẽtie que tribulatꝫ corde iusta esse solet. ad examinationẽ ꝓpriaꝝ virtutum. qz in aduersitate pleniꝰ videmꝰ q̃ntũ ꝓficimꝰ in eis. Itẽ ad maiorẽ gloriã ꝑmerendã z super omnia ad reddendũ vicẽ christo passo ꝓ nobis. Trãsacta autẽ aduersitate gaude q̃ euasisti. sicut q̃ de naufragio vl̃ tempestate z via mala ad bonũ hospiciũ puenit. z noli duplici te affligere dolore. rancore. vl̃ odio ex memoria iniuriaꝝ ꝓtra illũ a quo passus es. cogitans q̃ si nõ meruisti apud illum vt te affligeret. tm̃ meruisti forte apud deuz vt te puniri ꝑmitteret. z ipe deus iudex vsus est illo q̃si torture tuo ad iusticiã ꝓsequẽdã cõtra reum suũ. sicut assur virga furoriſ dñi dicit. qz vsus est eo q̃i virga ad vandã disciplinã seruo suo peccanti isrl̃ videlicet. Et sicut virga post correctionẽ filij in ignẽ ꝓiciẽt sic z illi vltores dei tandẽ punient. maxime qui nõ recto zelo z iusticia ꝓxios ꝓsequunt.

Dis q̄ p excessum tact⁹ q̄lit⁹ te int⁹ aduersa ꝛ pspera imobilem ꝓserues. ne pspera extollant vel aduersa deficiāt. qz aduersitas maxime versaf circa carentiā vel amiſſ. onē cupiti ꝛ timorē vel tolerantiā exposi.

Regressus ad ꝓsideratiões viciorꝫ.

QD remedia ꝛ q̄litates viciorꝫ ꝓsiderandas redeam⁹. Nō mediocriter aūt valet ad morbos viciorꝫ sanandos. scire eē nimiſ carere his q̄ caro vel carnalis affect⁹ appetit. ꝛ patienſ sustinere ꝛ nō ptimescere q̄ horret ꝛ odit. Exemplū. sicut ꝛ in medicina corpali sanitati ꝑpinq̄t. q̄ bene seruat dietā quā sibi indicit medic⁹ suus et cauet a nociuis. ꝛ q̄ ꝓstanſ recipit ꝛ sustinet amarū poculū ꝓfectōis. Gregor⁹. Qui appetit plene vicia vincere. studeat hūiliſ purgatiōis sue flagella tolerare. Apl's ad phil. Scio ꝛ habūdare ꝛ penuriā pati ꝛ esurire ꝛ saturari vbiq̄ ꝛ in oīb⁹.

De luxuria ꝛ eius speciebus.

LUxuria q̄drupleꝛ est. Prima est in corde q̄ hō imūdas ꝛ lubricas cogitatiões scienſ ꝛ volūtarie cā prauе delectatiōis ꝑsat in cogitatiōe sine repugnatiōe ꝓsensus. Sap. Peruerse cogitationes sepant a deo. Matth. Quicunq̄ viderit mulierē ad ꝓcupiſ. ꝛc. Scōa q̄ circa opus generatiuū hō satiat se libidinosis gestib⁹ amplexādo. osculādo. palpādo. impudice respiciendo. ꝛ loquēdo ꝛ auscultando turpia. sola delectatiōe prava vel alīs meretricijs blandicijs carnali affectiōi satisfacit. Hec tanto grauior est q̄ꝫ ꝓma q̄nto longius ad exteriores conat⁹ cā prauе delectationis est pgressa. Si em̄ sola prava mens rea est in se p ꝓsensum male ꝓcupie. quanto magꝫ habentis laxatis ad vlteriora libidis incitamēta exteriorꝫ sensuū ꝛ mēbrorꝫ ministerio adiuta puocanſ. Et si solū ꝓcupia in corde mechia a dño iudicaf. q̄d g̃ ex ꝓcupia osculari. palpare ꝛc. Nemo g̃ stulte seducaf vt putet tūc solū se peccasse q̄ opus generatiuū pficit. vel laborat pficere. cū etiā ist⁹ opis p̄ambula dānabilia sint. In ipo ei⁹ licito cōiugio sepe excusabilior est simplex cōcubit⁹ q̄ꝫ tales inhoneste blandicie tactuū indecentiū ꝛ spectaculorꝫ ꝛ collocutionum lasciuarū.

Intentio quorundā.

Si aūt aliq̄s dicat apud se. exquo nō q̄ro opus prauū fornicādo pficere. licite possum amorꝫ blandicijs frui cū dilecta mea mūda intentiōe interduꝫ admutue ꝛ sctē dilectiōis nutrimētū vt ignis caritatis magꝫ ac magis in nob accendaf. cū ex dilectiōe primi nutriatur ꝛ augeaf amor dei. Sciat q̄cūq̄ talis se sub specie spiritualis amoris carnali dilectiōe ꝛ delectatiōe deludi. qz spūs spm̄ diligit. nec corpalibus amplexib⁹ indiget. qz hoc carnal' amoris est indiciū. q̄ q̄nto plus crescit in corde. tanto magꝫ amor spūalis minuiſ ꝛ refrigescit. ꝛ ecōuerso spūalis amor carnalē reprimit ꝛ expellit.

QUalis triplicꝫ peccati reus efficiſ.

TRiplicis aūt pcti reus efficiſ q̄ talibus corpalib⁹ blandicijs. vti se licite posse putat. etiā si nullā vlterius praue opatiōis habeat volūtatē. Primo qz se nimis incaute tēptatōis exposuit periculo cū proni sint sensus hois ꝛ cogitatio in malū. ꝛ tēptatio q̄ nōdū fuit occasione et oportunitate noxie familiaritatis accepta potuit corrūpe voluntatē. ꝛ in pctm̄ p̄cipitare. sicut sepe accidit q̄ mūda intētiōe mutue familiaritatꝫ inbeserūt societati. mutatꝫ affectib⁹ spūalib⁹ in carnales. lapsi sūt i peccatū. Tali g̃ periculo se ingerere est ꝓtra p̄ceptū illud videlicet. Nō tēptabis dñm deum tuū. sicut q̄ sup tenuez glaciē ex sua stulta curiositate incederet. si mergereſ reus esset in seipo. imo ipm̄ stulte tēptare g̃uis culpe esset. etiā si nō mors seq̄reſ. Scōo qz si in se nil temptatōis sentiret. tñ alteri daret occasiōem temptatōis ꝛ pcti. dū q̄ alteri fodit foueā ipe incidit in eā. Qui alti⁹ mortꝫ poculū ꝑpinat nō ideo esset innocēs. qz ipse nō bibit. Job. Alit⁹ ei⁹. i. diaboli prunas ardere facit. Ignit⁹ em̄ flat⁹ ei⁹ est ex igne gehennali. cū duos carbones cōpositos inuenerit ꝛ semiuiuos sufflat i defesse donec eos intendit. nec curat morās si tādē pficiat qō intēdat. cū omī tpe ad nihil aliud vacet. nec alīs curꝫ intēdat nisi aīas seducere. Terciū ꝓpter malū exēplū ex q̄ alīj g̃uiſ scādalizanſ. nō carentes prava suspicione. de tali noxia familiaritate ꝛ iudicātes esse malum indignanſ. murmurāt. detrahūt ꝛ irridentinnocētes eoꝝ collegas q̄i ꝛ illi sil'ia faciāt. ꝛ vilipendiſ religiōis reuerētia ex talibus. ꝛ plurima mala fiūt. Alīj vero exēplo eorꝫ audaci⁹ faciāt sil'ia. putātes etiā sibi licere. ꝛ isti se innoxie facere arbitranſ ꝛ discunt ab eis. Itē audēt eoꝝ exemplo. qō añ non au-

debant imo ꝛ ipi pctores temerarios faciunt ꝛ qi iustificat se in pctō cōpatiōe istoꝝ corrumpentiū religionis puritatē. Et hec oīa redūdāt i iniuriā dei ꝛ offensaz. ꝛ bonoꝝ eiꝰ detrimentū cū insolentie familie. pfiſſamilias dedecꝰ videant. ¶ Tercia species luxurie est naturalꝫ pcubitꝰ viri ꝛ femine. sine piugū honestate. Hec subdiuidit i multas spēs. vt est simplex fornicatio. adulteriū. sacrilegiū. incestus. stupꝝz. raptꝰ ꝛ similia. que nō pſeqr nec distinguo ¶ Quarta est pctm innaturale. Cū eīm natura oībus rebꝫ ppria noia dederit q̄ nature subiacent. Illud pctm qi ptra vl extra naturā sine speciali noīe reliquit. eo q indignum sit noīe. qz ipam naturā destruit ꝛ humanā naturā maculat ꝛ infamat. Dicit tñ aliqñ passio ignominie. vl imūdicia vl mollicies. Et talibꝫ passionibꝫ subditos Apl's dicit traditos in reprobū sensuz ꝛc. Ro. j. Duꝰ āt diuersitates vel descriptōes nec noiari expedit. ne ꝛ ipe aer inde inficiat. vl ne ex vsu inde tractādi. minꝰ horrendū ꝛ abhomiabile videat. vel fiat audiētibꝫ. vel ne dek simplicibus inde materia cogitādi vl mali occasio curiosis. tñ q̄cunq; studio vigilans volūtarie. delectatiōis pſensu se pnocat ad pollutionis imundiciā. vl etiā ꝫ aliunde pati cōsentit. vel cooperat alteri pter nature vsum ad quartā luxurie speciez dicit ptinere.

De illusione somnioꝝ ptermitto. qz sic dormiens nō est cōpos rōnis. sic etiā nō potest aliqd interim facere vnde dānet. Hā si vigilans forte dedisset occasionē vñ dormiens illuderet cogitando. loquēdo. agendo. vel etiā post somnū volūtarie delectādo in memoria illiꝰ nocturne pollutōis. hoc potius esset culpa vigilantis q̄ dormientis. cū dormientis illusio sit pena tm culpe pcedentis. vel occasio subsequētis in vigilatiōe vl invigilante. ¶ Nota q motꝰ ꝛ titillatio carnis trib de causis ptingit ex pcedenti cogitatione. cū formas ꝛ imagines illicitas intꝰ habentes in eaꝝ retractatōe mouemur ¶ Ex ventris plenitudīe. qz cū venter cumulositate ciboꝝ distendit. caro lasciuiens ad motū luxurie excitat. Itē ex maligni spūs impugnatiōe. qz q̄ iustos supare mīme se cōsiderat. eo p carnis titillationez ḡui eos impugnat.

¶ De septem remedijs cōtra luxuriā.

Remedia ptra luxuriā sunt septez q̄ ad pñs memorie occurrūt sine q̄bꝫ ptinentia nō pōt diu eē tuta. ¶ Primū est vt vir feminaꝝ. ꝛ femia viroꝝ incautā familiaritatē deuitet. Eccꝰ. A vestimēto pcedit tinea ꝛ a mliere iniq̄tas viri. Gregꝰ. Qui corpꝰ suū ptinētie dedicat habitare cū feminis nō pſumat. Hā q̄ diu calor viuit i corpe. nemo pſumat ignē cōcupiſcētie in se penitꝰ extinctū esse. Et sepe videt carbo extinctus modica fauilla opertꝰ. sed si tangit cōburit. Diabolꝰ vero cū duos carbones coadunauerit. afflat donec eos icēdit. Job Alitus eiꝰ prunas ardere facit. Ignitꝰ eīm est ꝛc. Carbo si solus relinquit. extinguit. Si cōponit alteri ex mutuo caloꝛe ambo incendunt. ꝛ sepe spū incepti amoꝛ pſumat carne. Bern. Cū femia sp esse ꝛ feminaz nō cognoscere ꝫ ego maꝰ reputo q̄ mortuos suscitare. Qui g qō minꝰ est nō potes. qō maius est quō credā tibi. Astutꝰ etiā diabolꝰ in pncipio incaute familiaritatis occultat laqueos tēptatōis carnal. reputās q̄ desistēret a mutua dilectiōe si sentirēt inde stimulos peccati. donec p longā familiaritatē ꝛ incautā securitatē affectꝰ amboꝝ ita pflati et pglutinati fuerit in amoꝛe q̄ etiā cū sentiāt sibi inde imminere tēptatiōis piculū. nesciūt resilire nec ab inuicez separari. viribꝫ spūalibꝫ ita debilitatis in eis q̄ neut sibimet vim faceret tātā q̄ euellat se ꝺ laqō imo tūnet alterū intātū pristare q̄ etiā reputet se pfidū si deserat eū. ꝛ sic captꝰ psentit alterꝰ volūtati ꝛ pprie ifirmitati in oīe pctm. Sic samson fortissimꝰ q̄ mltas sepe hostiū acies strauit ꝛ aliq̄tiēs de vincul erupat pfidēs de viribꝫ suis liq̄factꝰ ē amoꝛe dalide. ꝛ defecit aia eiꝰ ꝛ ad mortē vsq; lassata est. dū nullā daret ei requiē. q̄sq; plene exposuit ei coꝛ suū. ꝛ hostibꝫ sic aditū aquit. captiuādi se ꝛ ligandi ꝛ cecandi. ꝛ in carcere molā faciendi ꝛ ludum de se ex hmōi hostibꝫ. Hec aūt oia in figura facta sunt nr̄i ꝛ scripta ad correctionē nr̄az. ¶ Scdm est vitare pximū ꝛ societatez luxuriosoꝝ. ne eoꝝ exēplo ad silia ptrahat. Prouer. Qui se iūgit fornicarijs erit nequā. Itē. Amicꝰ stultoꝝ efficiet silis illis. Prouerbi em̄ sunt sensus hois ꝛ cogitatio i maluz. ꝛ iō facilꝰ trahit alioꝝ exēplo ad id q̄ ō appetit eiꝰ sensus carnal. dū nō erubescit viciosꝰ videri. bñs secū socios miserie sue. q̄z nō solū exēplis sz etiā psuasionibꝫ ꝛ irrisionibꝫ

trahik ad pctm̃ z laudak pctor in desiderijs aie sue. Et hec ia q̃si pcipua cā q̃re nunc ita multiplicata sunt mala in eccia. z i religiõe studia spualia defecerũt. z ad exteriora studia z negocia plimi defluxerũt. s. mala pfor mitas. dũ q̃libet vult alios imitari. siue q̃a aliud nescit q̃ qđ videt in alijs. siue nõ audet aliter viuere q̃ illi cũ q̃bꝫ versak. z ex malo timore vel pudore timet alijs videri dissimilis. siue etiã q̃ppri⁹ vel primus tepor z carnalis gaudẽt se hr̃e occasionẽ z q̃ndã excusationẽ apud hoies agẽdi. qđ libet etiã si nõ licet. ¶ Ds. Oẽs declinauerũt zc. sil. zc. scz ad deũ. Qui multitudie postposita studeat vni dño placere z fruire. vnã petens a dño z hãc req̃rens vt inhitet in domo dñi mente z pformitate vite qđ solũ ẽ necessariũ. vñ puerbiũ apud hoies ẽ q̃ q̃ cũ lupis eẽ vult oportet z eũ cũ lupis ambulare vl̃ vlulare. Terciũ ẽ corp⁹ nõ delicate nutrire. Terra em̃ corpis nr̃i q̃ ex pma maledictiõe spinas z tribulos vltro satz germiat. si sup hoc fuerit ipinguata delicijs tãta erit spiaz dẽsitas. q̃ semẽ vbi fruct⁹ i nob penit⁹ suffocak Ecc⁹. Qui delicate nutrit fuũ suũ zc. Ber. Sufficit diei malicia sua. s. pcupie nakali. q̃si cepit accipe irritamẽta ab bis q̃ pperuũ volũt suscipe bellũ aduers⁹ eos oblectamenta fiũt duo ꝫ vnũ. z ita piclitak ptinentia. q̃ duo resistũt vni. s. otinẽtie inata pcupia carnis. z puocatrix voluptas deliciaz. Unde apls ait. Uidua q̃ i delicijs viuit. viuens mortua ẽ. z si viuit exter⁹ inter⁹ mortua ẽ p pctm̃. Ezech. xvj. Hec fuit iniq̃tas sodome sororꝫ tue. saturitas pãis. z ociũ zc. Ecõtra apls ait ad Cor. Castigo corp⁹ meũ et in fraitutẽ redigo. ne forte alijs pdicãs ipe repbꝫ efficiar. Hostẽ suũ armat q̃ carnẽ suã fouet delicijs vltra necessitatẽ debite sustẽtatiõis. Qđ aũt hosti prestas tibi noces. Quartũ ẽ ociũ fugere q̃ pcipue ẽ aie inimic⁹. Multã ei docuit malicia ociositas. Prouer. In desiderijs ẽ ois ociosꝰ. Occupat⁹ ei ab vno demone ipugnak. Ociosꝰ ãt inuerꝫ demõibꝫ vastak. q̃ q̃t desideria z cogitationes malas i corde fsat. tot inimicorũ iaculpt̃z. Ber. Nim ei tẽptationũ z cogitationũ malaz sentina ẽ iners ociũ. Sic ei p rimaz sentine aq̃ latent itrat z crescit donec nauis mergak. ita ex ocio cogitatões z pcupie multiplicank donec nauis cordis ei⁹ succũbẽs in pctõ piclitet. Uñ i mõasterijs tpm z religionũ nr̃az. pauci stabiles religiosi sũt respectu antiq̃z in egypto in q̃bꝫ q̃nq̃z sil'tria milia morabank sub vno gubnatore q̃tevi uentes magꝫ q̃z nũc apud nos possent decẽ vel pauciores obedient z pcordit gubnari qz de labore manuum sustẽtati lata pdia z reddit⁹ amplos nõ q̃rebãt. z erãt tot opando colligẽtes vict⁹ q̃t psumẽtes. nec superflua desiderãtes. nec euagãtes mẽdicando vl̃ adulãdo. p aliena donatõe. sz de ꝓpr̃ijs laboribꝫ se z multos debiles z paupes sustentabãt. z labori manuũ intẽti. rumoribꝫ z rixis z varijs desiderijs nõ pmittebank intẽdere. nec q̃libet i perã suã reposuit acq̃sita z elaborata. sz sic semetipos p xp̃o abnegauerãt z alteri⁹ ipio subiecerãt. ita z oia q̃ habebant. z qz hec nõ cũ strepitu clamoris. nec fm̃ ꝓpr̃ie volũtatis arbitriũ agebãt sz i summo silentio z quiete. ad nutũ abbatꝫ et gubernatorũ suoz. Jõ a spũ deuotõis nõ solũ nõ ipediebant p opis instãtiã. sz z plimũ pmouebãt. cũ tñ pacto q̃tidiano et statuto labore opis. reliquũ tps i lectõne l' in oõne solerẽt expẽdere. z iõ stabiles z pfecti i oi fruite erãt. qz oẽ tps bonis opibꝫ vtutũ studijs ipendebãt. nil ociose z curiose trãseũtes nec p volũtate sua viuẽtes. sz supioz fm̃ regl'as a sctis pribꝫ istinctu sctispũs istituras ad vicia extirpãda vtutes iserẽdas. Ocia igit si tollas piere cupidinis arc⁹. Nec solũ vitãdũ est ociũ sz z ociosa zc. Ociosũ ẽ aũt qđ nullã bz vtilitatẽ vl̃ vtilitatꝫ intẽtionẽ. z p vitãdo ocio ociosa sectari ridiculũ ẽ. Quid sit autẽ agendũ req̃re de remedijs accidie. ¶ Itez vt oi hora pslideret bõ q̃libꝫ instãs tps possit vtilr̃ ipendere. z illud op⁹ qđ tũc ei incũbit. optio mõ pficere siue rogãdo siue laborãdo siue corpis refectõi ĩtẽdẽdo l' aliud faciẽdõ. Quitũ ẽ exteriores sens⁹ ab illicitꝫ custodire q̃ sẽ q̃i fenestre aie p q̃s mors pctĩ itrat q̃i fur l' corruptor castitatꝫ nr̃e dũ non custodit. Dauid ñ respexit vxorẽ vrie qz p⁹ eã pcupierit. sed iõ pcupiuit qz ĩcaute respexit. Sic eua vidit lignũ q̃ esset pulchꝫ visu aspectuq̃z delectãbile. z pcupiuit et gustauit. Non expedit intueri qđ non licet pcupisci. Sic aures. sic manus. sic alĩ sensus z alia membra cohercẽda sunt. ne hauriam⁹ p ea mortiferũ corruptiõis aerez. Dyna q̃ curiositatis causa egressa est videre mulieres regionis illi⁹ corrupta est zc. Hiere. iij. treno. Qui⁹ me⁹ depdat⁹ est aiam meã i cun-

ctis filiab⁹ vrb⁹ mee. ꝯrik ꝺdez. Econtra Job. Pepigi fed⁹ ꝛc. Sic boni religiosi re/cludũt se in cellis ꝛ in monasteriis q̃i in se/pulchris ne vel ipi ꝓcupiscãt mũdũ vel cõ cupiscank. Quãto em̃ rari⁹ vides vl audis que mũdi sunt. tãto affect⁹ tu⁹ ad ea concu/piscenda frigidior erit ꝛ min⁹ cogitabis ea. Ecõtrario. Quãto frequẽti⁹ cũ singularib⁹ ꝓuersaris eo magꝭ puluere seculi resperge/ris. q̃ insensibiliter paulatim interi⁹ tenebre/scis. ꝛ affect⁹ fit crudus ꝛ mores insuaues. In molendino nõ puluerulentum esse vix possibile est. Dextũ est rep̃mere interius cogitatiões prauas. ꝛ affectiões carnales. qz iste sunt domestici hois inimici. q̃z frau de vrbs mẽtis hostib⁹ tradit si nõ bñ caue/atur. Sap. Peruerse em̃ cogitatões sepa/rãt a deo ꝛc. Matth. De corde exeũt cogita tiones male. Et h̃ sunt q̃ coinq̃nãt hominẽ. Nulla exterior munitio sufficit ad custodi/am vrbis vbi domestici pfidi fuerit. ita nul la forinseca custodia castitatẽ ꝓfuat. sine cu stodia intrna cogitationũ ꝛ affectionũ. Pro uerb. Omni custodia custodi cor tuũ ꝛc. La/stis ꝛ honestꝭ matronis. nõ solũ praua opa sed etiaz suspecta suburria fugiẽda sunt. p q̃ vel tẽptari vl infamari poterit eaz castitas ꝛ honestas. ꝛ puocari marit⁹ ei⁹ in furorẽ ꝛ zelotipie spũ inflãmari. Sic etiã aĩa religio si. q̃ est xp̃o desponsata p fidẽ ꝛ votũ castita tis. suburria prauaz suggestionũ nõ recipi/at vel retineat in corde qõ dñs sp intuetur. Diere. iiij. Usq̃q̃ morabunk in te cogitati ones noxie Septimũ est frequẽs studiũ oꝛonis ꝛ deuotõis. Sap. Ut sciui q̃a non possem alit esse ꝓtinẽs nisi de⁹ det. adij do/minũ ꝛ orani. ꝛ dixi ex totis p̃cordijs meis ꝛc. Ps. Nisi dñs custodierit ciuitatẽ ꝛc. Et ideo sp est oꝛãdũ. qz sine ipi⁹ auxilio nil pos sum⁹ facere vt roze gr̃e sue extinguat vel re stringat in nob ignẽ ꝓcupie. Ipa etiã oraci onis virt⁹ que eleuat mentẽ supra se ad de/um. purificat ei⁹ affectiones. ꝛ desideria ca/stificat. ꝛ intellectũ illumiat. ꝛ dei amorem infundit. Ex q̃ generat quidã horor pecca ti ꝛ detestatio carnal voluptatis. ꝛ volũtas roborat ꝓtra tẽptatões. ꝛ ipe tẽptatões de/bilitank vt facili⁹ cõuincank. Unꝺ cũ moy/ses oꝛãs in monte. eleuaret man⁹ ad deuz. vincebat isrl. cũ ꝙ remitteret eas ꝛ depo/neret vincebat amalech. Moyses est religi osus de aquis seculi extract⁹. Amalech tẽ/ptatio carnis. qñ ad terrena eas remittim⁹ hostis roborat. Quid aũt oꝛem⁹ sic opoz/tet nescim⁹. Jõo ipe dñs quid opus sit no/bis plenissime p se sciens docuit ꝙbo ꝛ ex emplo dicens Matth. vj. Sic ergo vos o/rabitis. Pr̃ nr̃ ꝛc. In hac oꝛone plene om/nia vite p̃ntis ꝛ future necessaria cõprehen dunk. sicut in symbolo oĩa cõprehendun tur credibilia et credenda. Et in decalogo oĩa facienda vel cauẽda. ita in hac oꝛone oĩa petenda vel sperãda includunk. Unꝺ qui eã scit satis scit ad oꝛandũ. Ideo autez tam breuẽ oꝛonẽ fecit vt facile discak. ꝛ me/morie cõmendek. ꝛ min⁹ sit tediosa. et ne p/pter prolixitatẽ superficialit tm̃ acceleret cõ/pleri. sed pfundi⁹ possit in ea meditari. ꝛ vt sepi⁹ iterek. ꝛ vt fiduciã nob det p h̃ q̃ cele/riter vult exaudire p̃cantes. Jõ etiã eã i se/ptẽ ptes distinxit vt sciam⁹ plura ibi eẽ pe/tenda. ꝛ vt in q̃ magꝭ libet possit hõ imorari Et q̃ nõ hz opoꝛtunitatẽ sp oĩs pficiendi vbi vult t̃miet vl inchoet vl repetat sic pla/cet. Cui g̃ oꝛare docuit ꝛ iussit. inuit se vel/le exaudire ꝛ illas petitões nõ recusare Pr̃ nr̃ ꝛc. Reqre alibi.

Finit tractat⁹ de vicijs ꝛ eoꝝ remedijs.

Seneca. Primũ argumẽtũ cõposite mẽ tis existimo posse ꝓsistere ꝛ secũ morari. ni/hil em̃ tã vtile q̃z trãsitu psistere. Uñ nõ cõ/ualescit plãra q̃ nimiũ trãsferk. sic mõ istũ li brũ mõ istũ euoluere nõ pdest. Fastidientꝭ stomachi ẽ multa degustare q̃ vt varia sunt ꝛ diuersa inq̃nãt. et nõ alũt. Itaq̃z ꝛ tu cum multa plegerꝭ vnũ exerce qõ tecũ ista die cõ trectes. Antboni⁹ cuidaz interroganti de bona vita dixit tria documẽta. Primum vt q̃cũq̃z iret deũ p oculis hr̃et. Scõm vt bis q̃ ageret testimoniuz sacre scpture adhibe/ret. Terciũ vt in quocũq̃z loco sederet non subito inde recederet.

Incipit remediũ defectuũ religiosi san/cti Bonauenture.

Implicissimo anio hesterna luce me accede bas frater Roberte. q̃ modo deo placere posses supliciter expostulabas. Cõsolabar ꝙbo serioso. zelo/so ꝛ operoso. fatisfacere volẽs voto tuo. Cũ ergo creuissent ꝙba. creuit deuotio tua scã.

Tribus horis elapsis me fatigato z lingua cessante. rñdebas. Dic pater. Ego libenter audio. Vsus ego ãmonitiõis z discretiõis remedio. largã reportaui lachrymã z eiulatũ magnũ. obediẽtieq; mee necessitatibꝫ cõstrictus. visitatõnis opus pſequi cogebar. Dñino ꝓturbat⁹ discedebas. Media aũt nocte (vt solit⁹ sum) misereri mihi deũ creatorẽ meũ intimis ꝓcordĩs flagitabã. occurrit mihi text⁹ Hath. v. vt nõ offerrem deo laudes matutinas q̃n ꝑ⁹ recõciliat⁹ tibi. te ꝓsolarer ſm gr̃am a deo datã. Breue g̃ hoc verbũ tibi obsigno q̃ ꝓsolat⁹ z pfecte cõuersatus. tibi pficuus. z alijs exemplaris efficiaris. Hoc aũt breue ꝟbũ toti huic cõgregationi p remedio defectuũ. z incremẽto p fectuũ derelinquo. Nõ z in. xiij. partes distinguo. ¶ Capitulũ. j.

Primo studeat frater q̃libet q̃ntũ ꝑt se vilissimũ reputare. z indignũ oĩi bñficio ꝺi. ipe sibi displiceat. soli ꝺo placere cupiat. ab alijs vilis z nõ hũilis reputari. Et q ipe sit vilis ex sũma dei clemẽtia recognoscat. gr̃as agens q tã vilẽ hoiez z promptũ ad oĩe malũ. z tardũ ad omne bonũ dignat⁹ sibi in seruũ sumere. z qꝺ maius est in filiũ adoptare. Nõ g̃ reputes magnũ q deo fuis. sed maximũ reputa q ipe dignat⁹ te hr̃e seruũ suũ. ¶ Cap. ij.

Secũdo. De nullo nisi de pctõ et ad pctm̃ inducẽte z a bono retrabente frater doleat. imo de q̃licũq; alia tribulatione iniuria z afflictione gaudeat. tribulãtes instãtissime diligat. z specialẽ oratiõnẽ ꝓ ipis faciat. deo inde copiosas gr̃as referat. z ad hꝺ se insufficientẽ esse recognoscat q̃ quẽ de⁹ diligit castigat. Nã ipe tribulationes ad deũ nos ire cõpellũt. ¶ Ca. iij.

Tercio. Nihil de tpalibꝫ nisi strictã necessitatẽ reqrat aut q̃cũq; mõ apetat. sed ꝓpo dño in omi delectiõe corꝑalis ꝓsolatiõis se ꝓformare studeat Et hoc maximũ ꝺz reputare q rex regũ z dñs dñantiũ christ⁹ sic vilẽ seruũ suis ornamentis dignat⁹ induere. z sibi lutũ fedũ assimilare. Ideoq; q̃nto videt se ditiorẽ z pluribus corꝑis ꝓsolatiõibꝫ habũdare. tanto ꝺz intimius z pfundi⁹ ꝓtristari. cernẽs se eo magis a christi similitudine elongari. ¶ Ca. iiij.

Quarto in bonis z indifferẽtibꝫ alterius q̃ suã poti⁹ studeat adimplere voluntatẽ. imo sp in exterioribꝫ actionibꝫ studeat abnegare. alioꝝ bñplacita affectans cũ oĩi vigilãtia in licitis adimplere Et hꝺ circa oĩes. maxie circa suos superiores studeat obseruare. ¶ Cap'm. v.

Quinto. Nullũ quãtũcunq; miseruꝫ despiciat. sed poti⁹ erga oĩes materno moueat affectu. vt sic oĩbꝫ cõpatiat⁹ intime sicut mater cõpateret⁹ vnico filio suo. Oĩes eoꝝ miserias reputet suas. z oĩbꝫ sicut sibiꝫ ipi (si potest) subueniat. Omnes em̃ pauperes vt patronos reuereri debꝫ Nã ipi sunt q̃ alios recipiũt in eterna tabernacula. ¶ Cap'm. vj.

Sexto. Nullũ iudicet de pctõ cũ ignoret q̃d dĩna gr̃a in ania operet. Si aũt aliquẽ ꝑ signa euidẽtia cõuincit pctõrem plus de pctõ illi⁹ doleat q̃s si corpi ꝓprio mors imineret. Recogitet aĩam sic letaliter vulneratã pciosiorẽ corꝑibꝫ vniuersis. Et idõ siẽ corpus meũ a morte. sic imo magis deberem primũ meũ cũ oĩi diligẽtia custodire z a pctõ retrabere. oratione. exhortatione z exemplo. ¶ Cap. vij.

Septimo. Bonũ primi diligat vt suum. Et sicut mater in bonis filij iocundat⁹. sic ipe bonis oĩm iocundari debet. z maxie de spũalibꝫ z ad spũalia inductiuis. Sicut etiã sua sic z alioꝝ bona procurare debet et procurata promouere. Semp de primo plura bona credat q̃ntueri valet. ¶ Cap'm. viij.

Octauo. Nihil ꝓter deum diligat. vt in omnibꝫ de⁹ sincere sine socio diligatur. nec alliciat quãtacũq; sanctitas alicui⁹ aut beneficioꝝ immẽsitas vt aliquẽ diligat amore singulari. sed diuina caritate omniũ bona z oĩes in deum referat z ꝓter deũ meliorẽ plus diligat. Potest tñ beneficia beneficijs rependere. oꝝones ad deum fundendo.

¶ Capitulum. ix.

Deno. Quicq̃d egerit. quibuscunq; etiã negocijs implicet. deum in corde suo semp memoriter retinere studeat. z bonoꝝ dei semp oĩibꝫ anteponat. sed ad hoc ꝑcipue nitat⁹ vt deum sic ꝑsentez cogitet. ac si ipm̃ q̃ essentialit potentialit et ꝑsentialit vbiq; est in sua essentia videret. sicq; eum timeat z reuereatur. z intẽso amore in ipm̃ ferat⁹. z sic eo (vt potest) in via fruatur. z in eo z nõ in alio requiescat.

¶ Capitulum. x.

Decimo. Si dicta assequi pt maria dei bñficia eē cogscat. reminiscak nihilomin⁹ ceteroz dei bñficioz. primo q eū sua insigniuit imagine. scdo q naturā hūanā assumpsit. z p ipo mori dignatus est. tercio q in pñti se pbet z in futuro i premiū. Quod vt pcipiat i via aspiciat ipm in crucis patibulo. z sic ei cōpatiak ac si christi vulnera in suo corpe sustineret. precipue aūt doleat tot aīas tali imenso bñficio frustrari. Sic igit christum cogitādo ardenti amore dicat oronē sequentē. Patri etiam christi omnē quā pōt exhibeat reuerentiaz z dicat Dulcissime ihu dignare donare mihi misero peccatori matri tue digne seruire.

¶ Capl'm. xj.

Domine ieſu christe meū cor vulneribus tuis saucia. z tuo sanguie inebria mentē meam. vt q̄cūq; meveram semp te videam crucifixū. z q̄cq̄d aspexero mihi appareat sanguie rubricatū. vt sic totus in te tendēs nihil pter te valeā inuenire. nihil nisi tua vulnera valeā intueri. Nec sit mihi cōsolatio dñe mi tecū morir tibi pati. Nec intima mea affectio cōtinue meditetur. Non quiescat cor meū nisi in te bone ieſu. quia mihi semp mala erit sine te. Tu em es virtus oīpotentis.

¶ Capl'm. xij.

Vltū mirari debem⁹ quō homo semel degustās dulcedinē dei pōt aliquaten⁹ ab eo separi. Quō nō obliuiscak oīum exhebrietate vini celestis. Quō possit comedere. bibere z dormire zc. Quō possit aliq̄d aliud nisi suū benignissimū dominū intueri. z in eo summa dulcedine oblectari. dum ipm in oīnib⁹ sciat esse. z eum i oīnib⁹ valeat inuenire. vt in oīb⁹ requiescat ipm ꝛtemplādo z amando. O q̄z bon⁹ isrāel de⁹. his q̄ recto sunt corde. O q̄z suauis ē spirit⁹ tuus in eis. O quāta amaritudie repleri deberet anim⁹ qui etiā ad momentuz a tanta dulcedine seq̄strak.

¶ Capl'm. xij.

Si de pdestinatione aut pscietia dei diabolus tibi aliquā tentationē immiserit. sic ei rñdeas. Quicq̄d sit de me. certū est te esse dānatū. Si aūt z ego dānabor z post hanc vitā deū meū hre nō debeo. habebo p totū tps vite pñtis et tanto ardentius q̄nto breuiꝰ nouero me habiturū. Momentū igit tpis nō omittaz q̄n fm posse meū totaliter fruar ipo. z semp in ipo delectabor. exquo in futuro sua pñtia puabor. Et tu diabole si tecū esse oportet scias q tamdiu in dei fuicio pseuerabo corde. ore. ope. oīmi mēbro. oī momēto. q̄diu possū Q si q̄s sic do adhereret. ceteras solatōes reputaret absinthiū. Dis ergo pmissis inferas te nō dānari. qz oīa sua iudicia contrariant dānatiōi. vt pz in oīb⁹ regul' sancti euāgelij. Observatz em pdictis impossibile est me dānari. Aut certe ibo ad matrez z magistrā miscōie virginē mariā q̄ nō misereri nō pōt. z petā ab ea vt filiū inclinet ad parcendū petis meis Hā ipa ꝓpter peccatores mater dei effecta. z ipe filius ꝓpter peccatores redimēdos voluit esse fili⁹ homis. Unde ꝓriū est ambor misereri z parcere. Nec ꝓpter me tā nobiles ꝓrietates derelinquūt. Q si pdestinat⁹ sum z eternā vitaz cū angelis possidere debeo exnūc angelicā vitam ducā z cantabo. Pars mea dñs. ꝓpterea expectabo eum. Nec em pars dignissima pdik p vnū vilissimū mortale pctm. isto fortissimo studio hec sunt custodiēda. Sic ergo ꝛclude diabolo. Quicq̄d futurū ē. nō desistā a dei seruicio. z ve tibi q̄ nō vis tanto dño ministrare.

¶ Explicit remediū defectuū religiosi.

¶ Sequit opusculū de pfectōne vite eiusdem scti Bonauēture ad sorores suas. z primo Prologus.

Beat⁹ hō quem tu erudierſ dñe z de lege tua docuerſ eū. Neminē censeri sapientē fateor nisi eū solū quē spiritus sctī docuerit vnctio. Ille em tene da/uid ꝓpha solus vere btūs ē. solus vere sapiens cui⁹ mentē dñs erudierit. Lex em dñi sola est imaculata. sola irrepbēsibilis. sola cōuertēs aīas ad salutē. Nul⁹ aūt legis doctrina siue eruditio nō forſ tm q̄renda ē in lra. sed poti⁹ p deuote mētis affectū Est aūt desideranda in spū z ꝓtute vt ille videlicz inst⁹ doceat qui sol⁹ nouit exteriorē legis asperitatem in interiorē dulcedinē cōmutare. Docet aūt lex dñi q̄d agendū. q̄d fugiendū q̄d credendū. q̄d orādū. q̄d desiderādū. q̄d timendū. Docet imaculatū esse z irrepbēsibilē. Docet fuare pmissa. deflere cōmissa. Docet mūdana ꝓtēnere. carnalia respuere. Docet ei cor totū. aiam totā. mentē totā in solū ꝛuertere ihm xpm. Ad hui⁹ doctrine cōpatōnē ois mūdana sapia ē stulta z fatua Berñ. Dicat q̄cūq; vult. ego nō dicā sapiē-

tez.dū nō timebit deū neq; diligit. Qui hᵒ doctrine auditor nō obliuiosus.sz factor fuerit studiosus h vere sapiēs erit z btūs. Beatus g bō ille quē tu erudieris dñe z de lege tua docueris eū. Tu itaq; deo deuota dilecta mihi reuerēda sororꝛ rogasti me vt ō cordis mei penuria aliq̄d dictādo scriberē i q̄ tuū animū deuotōis gr̄a valeas p tpe erudire. Sed certe fateor p insufficientia mea hmōi eruditōe me potiꝰ indigere.pserti cū apud me nec vita fortis resplēdeat. nec deuotio intꝰ ardeat.nec scia suffragef. tue tñ deuotōis puocatꝰ desiderio.z sic cū būilita te supplicit postulasti. Rogo aūt btitudinez tuā sororꝛ sctissima.q̄tinꝰ magꝭ penses intentiōis affectū q; opis effectū.magis dictorū veritatē q; ꝓmonis venustatē. Et vbi tuo ñ satisfeci desiderio.pter breuitatē z occupationē.ipm mihi benigne indulgeas z ignoscas. Vt aūt facilꝰ possis iuenire qō q̄ris. ideo singulorꝛ capitulorꝛ ꝓmissi titulos. Et ꝓmo agit de ꝟa suūpiꝰ cognitiōe. Scōo de būilitate. Tercio ō pfecta paupt̄ate. Quarto de silentio. Quito de studio ororꝛ. Sexto de passiōis xp̄i mēoria. Septimo de pfecta dei caritate. Octauo de finali pseuerantia. ¶ Quō hō puenit ad cognitionē suūpius. ¶ Capitulū.j.

HD perfectionis apud vite fastigiū sponse xp̄i ascendere cupienti.ꝓmū necesse est vt a seipa incipiat.ita vt oim exterioꝛ oblita ingrediat i secretū ꝺscie sue.ibiq; oēs defectꝰ suos.oēsq; ꝺsuetudies.oēs affectōes.oīs opatiōes.oīa pcta tā pūtia q; ꝓterita diligēti cōsideratōe discutiat.examiet z inspiciat. z si qō mimū pctm̄ apud se iuenerit stati defleat in a maritudie cordis sui. Et vt ad hāc cognitionē dilecta sororꝛ meli posslis venire.scire debes q; oīa pcta nr̄a z mala.aut cō mittim̄ p negligētiā aut p cōcupiam aut p nequitiam. Et circa ista tria dz oim maloꝛ tuoꝛ ꝓsari recordatio.alioq̄n ad tui ipi cognitionē pfectā nūq; poterꝭ peruenire. Si igit teipam cupis cogscere.ꝓsidera mala cō missa z ea deplāge. Prio debes cogitare si aliq̄ in te sit l' fuerit negligētia. Debes inq; cogitare q̄liē cor tuū custodias. q; negligēt tps tuū expēdis. q; malū finez opi tuo iponis. Hec em̄ tria cū sūma diligētia sūt obꝰuanda.s.vt cor tuū bñ custodiat. tps vtiliꝰ expēdat z ꝺsumat.z finis bonꝰ z debitꝰ i oi ope ꝓsigat. Itē debes cogitare q; negligēs fuerꝭ in ororne. q; negligēs in lectiōe.i opis executōe. In his em̄ tribꝰ debes diligētissime teipam exercitare et excolere si vis fructū bonū facere z dare in tpe suo. ita vt nequaq; vnū sufficiat sine aliq̄ istoꝛ. ¶ Itē debes cogitare q; negligēs sis vel fuerꝭ ad penitendū. q; negligēs ad resistenduz. z q; negligens ad pficienduz. Debes em̄ cū sūma diligētia deflere mala cōmissa.repellere dyabolica tēptamenta.z pficere de vna virtute in aliā vt possis puenire ad trā pmissionis. Sic dz circa negligentiā tuā versari cognitio. Si aūt melꝰ teipam cupis cogscere debes scdo cogitare si in te viget vel viguerit ꝺcupia voluptatis.curiositatꝭ aut vanitatꝭ. Certe tūc viget ꝺcupia voluptatis i religioso hoie.qñ appetit dulcia.vicz sapororsa.qñ appetit mollia scz vestimēta delicioſa.qñ appetit carnalia vicz oblectamēta luxuriosa. Certe tunc viget ꝺcupia curiositatis in dei famula qñ appetit scire occulta.qñ appetit videre pulchra.qñ appetit hr̄e rara Certe tūc viget ꝺcupia vanitatis in xp̄i sponsa qñ appetit hoim fauorē.qñ q̄rit humanā laudez. qñ desiderat humanū honorē. Ista oīa debet ancilla iesu xp̄i tanq; venenū fugere.q̄a iste sunt radices oīs mali. ¶ Itē si certam z pfectā vis habere noticiā debes tercio recogitare diligent' si in te vigeāt vl' viguerint nequicie.iracundie.inuidie z accidie. Audi qō dico sollicite. Certe tūc in religioso homine viget iracūdia qñ vel aīo vel corde vl' affectu vel signo vl' facie vel ꝟbo vel clamore q̄ntūcūq; modicā indignationē.z ex corde rancorē ꝓximo suo oñdit Tūc aūt i homine regnat inuidia qñ gaudet de proximi aduersitate z tristat de ꝓximi ꝓsperitate.qñ letat de malis ꝓximi.z tabescit ō bōis ipi. Tūc aūt accidia regnat in religioso qñ fuerit tepidus.somnolentus.ociosus.tardꝰ ad chor.negligēs in cantādo. remissus in executiendo tororē.dissolutꝰ in colloquio.in deuotꝰ in missa.tristis in facie.z tediosus in cella. Hec oīa dz spōsa xp̄i detestari. fugere tanq; venenū mortiferū.q; in his consistit corpis pditio z aīe. Si igit deo amabil' famula ad tui ipi pfectā vis venire noticiā z cognitoz redeas ad teipaz itrorsꝰ ad cor tuū z discas scopare spūm tuū. Discute q̄d sis.q̄d fuerꝭ z ee debuerꝭ.q̄d ee poterꝭ. Quid fuerꝭ

p naturā. ḋd modo sis p culpā. ḋd adhuc eē poteris p gr̄az. Audi adhuc sozor audi ꝓphetā dauid quō se tibi in exēplū ꝓponat. Deditus sum inq̄t nocte cū corde meo. exercitabar z scopebā spm̄ meū. Meditabat ille cū corde suo. meditare z tu cum corde tuo. Scopebat ille spm̄ suū. scopa z tu spm̄ tuū exerce agrū istū. Attēde ad teipz abscz dubio insistēs huic exercicio. inuenies thesaurū nouū z absconditū p̄ciosuz. Ex hoc em̄ exercicio crescit auri copia. multiplicat scīa. augmentat sapīa. Ex hoc exercicio cordis oculus mūdat. ingeniū acuit. intelligentia dilatat. Nihil recte estimat q̄ seipm̄ ignorat. q̄ ꝺditionē sue dignitatis nō pensat. Nescit oino. nescit de spū ḋd de angelo ḋd de diuīo sentire debeat. q̄ spm̄ suū ꝓmo nō cogitat. Si nōdū idonea es redire ad teipam. si nondū digna es intrare tabernaculū ꝓmū. q̄ fronte p̄sumes ingredi tabernaculū scōm. Si cupis eleuari ad scōm z terciū celuz. sit tibi trāsitus p primū. i. cor tuū. Et q̄liter hoc possis t debeas facere ecce iā satis docui te supius. Audi tm̄ q̄liter btūs Bern̄. optime te īformat di. Integritatis tue esto curiosus opator. vitā tuā assidua discussione examia z cogita diligenter. q̄ntū ꝓficis z q̄ntū deficis. q̄liter sis in moribus q̄liter in affectibus. q̄z similis deo z q̄z dissimilis q̄z ꝓpe z q̄z longe. O q̄z magni periculi res est in hoie religioso multa velle scire z seipm̄ nescire. O q̄z ꝓpe ille religiosus ē pditioni z interitui q̄ in cogniscēdis rebus est curiosus. in iudicādo alios scīas sollicitus. se ipm̄ aūt ignorat z nescit. O deus meus vnde i religioso tanta cecitas. Ecce in pmptu rō est. q̄z mens sollicitudinibus distracta nō intrat ad se p memoriā. q̄z fantasmatibus ē obnubilata. nō redit ad se p intelligētiā. q̄z cō cupiscentijs illicitis illecta ad se nequaq̄z reuertit p desideriū suauitatis interne z letīcie spūalis. īo totaliter in his sensibilibus tacēs nō pt ad se tanq̄z ad dei imaginē intrare. et sic tot⁹ miser se ignorat z nescit. Oibus g̃ postpositis tuipi⁹ habe mēoriā z noticiā. Docet iā beat⁹ Bern̄. orabat di. Deus det mihi nō aliud facere z scire q̄z vt meipm̄ cognoscā.

De humilitate. z quibus gradibus ꝓuenitur ad humilitatem. Cap'm. ij.

Verū q̄ vult defect⁹ ꝓprios cordis oculo ꝓtēplari. necesse est vere hūliari sub potēti manu dei. Īo te famulā xp̄i admoneo vt cognitionem tuoz defectuū adepta valde hūilies spm̄ tuū z tibipi vilescas. Hūilitas em̄ fr̄us est (vt dic̄ ber.) qua hō verissima suipi⁹ cognitōne sibipsi vilescit. Hac vilitate viluit p̄ nr̄ franciscus. hanc amauit z exq̄siuit ab initio religionis sue vsq̄z ad finē. p hāc mūdū reliq̄t. Hāc virtutē maxime a filio dei. sozor ḋo deuota discere debes. q̄z ipe dicit. Discite a me q̄z mitis sum z hūilis corde. Qui em̄ frutes sine hūilitate ꝓgregat inventū paleas mittit vt dicit beat⁹ Greg̃. Sic em̄ ꝓncipiū oīs peccati est supbia. sic fundamētū oīm frutū est hūilitas. Discere aūt veracit esse hūilis ñ fallacit. sic qui neq̄ter se hūiliat vt hypocrite. De q̄bus dicit Ecc⁹. Est q̄ nequit se hūiliat. z interiora ei⁹ plena sunt dolo. Ver⁹ em̄ humilis vt dic̄ Bern̄. sp vult vilis reputari nō hūilis p̄dicari. Si igitur sozor dilectissima ad pfectā hūilitatez vis puenire oportet te p triplicem semitā incedere. Prima semita est ꝺsideratio dei. Debes em̄ cōsiderare deū vt auctorē oīm bonorū. Īo debes sibi dicere. Oīa opa nr̄a opat⁹ es in nob dñe Et q̄z talis est. īo debes sibi oīa bona attribuere z nihil tibi. ꝺsiderās q̄ nō fortitudo tua aut robur manuū tuaꝝ fecit bona que habes. q̄z dñs fecit nos z nō ipi nos. Et talis cogitatio destruit totā supbiā eoꝝ q̄ dicunt. Manus nr̄a excelsa z nō dñs fecit hec oīa. Hec supbia exclusit a gl̄ia celi lucifer. rum. Nō cōsiderabat se lucifer de nihilo factū. sed potius aspiciebat suū decorē. suā pulchritudinē. q̄liter oīs lapis p̄ciosus operimētū ei⁹ z extulit eū supbia cordis sui. Et q̄z supbiā seq̄t hūilitas. īo statim eiect⁹ ē de se de nobilitatis sue in locū extreme vilitatis. z q̄ fuerat inf angelos excellētissim⁹. fact⁹ ē inf demones miserrim⁹. O q̄nti sunt hodie luciferiani z imitatores luciferi. filij z filie supbie q̄s patient tolerat dñs. Cū at tolerabilior sit supbia i diuite q̄z i paupe vt dic̄ ber. sup cant. O portet g̃ ancillā xp̄i sp valde humilē inueniri. q̄ oz intrare in locū angeli repudiati. Hūilitas em̄ sola placet deo siue i hoie siue in angelo. Nō credam⁹ q̄ virginitas placeat deo sine hūilitate. Certe nec maria mr̄ dei fuisset effecta si supbiā habuisset ise. Propterea dic̄ ber. Sine hūilitate audeo dicere nec maria deo placuisset. z īo ē fr⁹ magna sine cui⁹ obtentu nō solū virtus nō est sed etiā in superbiā erūpit. Secūda semita est rememoratio xp̄i. Rememorari debes

ꝙ xp̃s hūiliat⁹ fuit vsq; ad vitupatissimuz gen⁹ mortis. z intātū fact⁹ est hūilis vt q̄ le/ prosus reputaret. Unde dixit Isa. xxvi. Re/ putauim⁹ eū q̄ le/ps ū z a deo hūiliatū. imo intātū fuit hūiliat⁹ vt tpe ip̄i⁹ nihil vili⁹ eo reputaret. Unde idez Isa. dicit. In hūilitate iudiciū ei⁹ sublatū est. Ac si diceret. Tanta ei⁹ hūilitas fuit. tm̄ se deiecerat vt null⁹ de eo daret rectū iudiciū. vt a nll'o crederet ꝺs esse. Si g ipe dñs z mgr nr̄ ita vilis z cōtē/ ptibil' reputat⁹ ē. z nō est ꝟu⁹ maior dño suo z discipul⁹ nō est sup mgr̄m. Si ancilla xp̄i es. si discipula. vilis z ꝓtēptibil' esse debes z hūilis. Q q̄ abhoīabil' est ille religios⁹ dño q̄ veste sumit hūilē z cor supbū. Q q̄ inutil' est ille xp̄ian⁹ q̄ dñm suū videt hūilē z despe ctū. z ipe exaltat cor suū z ābulat in magnis z in mirabilib⁹ sup se. Quid ampli⁹ detestā/ dū in spōsa xp̄i. q̄d graui⁹ puniēdū in ancil la xp̄i q̄ ꝙ post q̄ sūm⁹ fact⁹ est imus. imen sus paru⁹. z bō putredo z vermis apponat se magnificare. De talib⁹ dic btūs Aug. Q pellis morticina q̄d extēderis. Q fames feti da q̄d inflaris. Caput hūile z mēbrū supbū. q. d. Nō decet. Tercia semita p quaz debes incedere si vis ad pfectā hūilitatē puenire. circūspectio tui ē. Tūc teip̄am carissima so ror circūspicis. q̄n cogitas vñ veneris aut q̄va dis. Cōsidera g vñ veneris z scias qz de mas sa pditōis. de puluere z limo tre facta es z i pcis quersata z exul es de britudie paradi si. Et h̄ ꝓsideratio spm̄ tumoris abiicit z ex/ cludit intm̄ vt clamare incipias cū trib⁹ pu eris in daniele. Sum⁹ hodie hūiles i vni/ uersa tra. ꝓpter pcā nr̄a. Cōsidera etiā q̄ ten dis. Tēdis em̄ ad corruptionē z incinerati onē. qz puluis es z ī puluerem reuerteris. Quid igit̄ supbis tra z cinis. Si hodie es cras nō eris. Si hodie san⁹. cras infirmabe ris forte. Si hodie sapiēs. cras forte stult⁹ eris. Si hodie diues in fr̄utib⁹. cras forte mēdic⁹ eris z miser. Quis g miser ille xp̄ia/ nus q̄ audeat supbire cū tant⁹ miseriis z ca lamitatib⁹ vndiq; se videat circūdatū. Di/ scite igit̄ o ꝟgines sacrate hūilē hāe spm̄. hu milē incessū. hūilē hītū. Sola em̄ hūilitas est q̄ dīnā mitigat irā. q̄ dīnā inuenit gr̄am. Quāto em̄ magn⁹ es hūilia te in oīb⁹ dī in Ecce. z corā deo inuenies gr̄az. Hoc mō ma ria inuenit gr̄am apud dñm sic ip̄a testat di. Respexit hūilitatē ancille sue. Nec mirū qz hūilitas caritati locū ꝓparat. mētē a vanita te euacuat. Propt̄ qd dic Aug⁹. Quāto su/ m⁹ a tumore supbie inaniores. tāto sum⁹ di lectōe pleniores. Et sic aq̄ ꝓfluit ad valles sic gr̄a spūssct̄ ꝓfluit ad hūiles. z sic aq̄ q̄n/ to fort⁹ fluit tanto magis descēdit. sic q̄ toto corde hūiliat⁹ pcedit. magis xpinq̄t ad dñm z impetrat gr̄am. Propterea dicit Eccus. Q to hūliant⁹ se nubes penetrat. donec ap propinq̄t ad altissimū nō cōsolabit. qz dñs timētiū se faciet volūtatē z depcationē eorū exaudiet. Sitis g o famule dei ancille xp̄i hūiles. ita vt nūq; supbiā in cordib⁹ vr̄is p mittatis. qz mgr̄m habuistis hūilē. s. dñm nr̄m ih̄m xp̄m. Et qz dñam habuist⁹ hūilē scz ꝟginē mariā reginā oīm. Sitis hūiles. qz p̄rem habuist⁹ hūilē. s. bt̄m frācisc̄m. Si/ tis hūiles qz mr̄em habuist⁹ hūilē. s. beataz clarā. hūilitat⁹ exēplar. Sic tm̄ sitis hūiles vt test⁹ vre hūilitat⁹ sit patria. Virt⁹ ei hūili tatis p patiam ꝓficit. Nec; em̄ est ꝟa hūili/ tas cui nō est adiūcta patia. Et h̄ bn̄ testat beat⁹ Aug⁹. di. Facile est veluz ante oc'os ponere. vestes viles z despectos hāe. demis so capite incedere. sed vex hūilē. pbat patia Ecc⁹. In hūilitate tua patiam habe. Sed vt cū dolore loq̄r multi sum⁹ q̄ supbire vo/ lum⁹ in claustro q̄ certe nō nisi hūiles sui/ mus in mōo. Unde btūs Ber⁹. dic. Video de q̄ml'tū doleo. qz p⁹ spretā secl'i pōpā nōnul/ los in scola hūilitatis supbiā addiscere. ac sub alis mitis hūilisq; mgr̄i grau⁹ i̊soleſce re z ipatiētes magis fieri in claustro q̄ fuis/ sent in secl'o. q̄dq; magis puersuz est. pleriq; ī domo di ñ patiunt bn̄ ꝓptu. q̄ in sua nō nisi ꝓptibiles esse potuerūt. Cōsulo g tibi o ꝓdilecta soror. ꝓsulo z ꝟginib⁹ do sacrat⁹. vt ꝟginitatē in hūilitate z hūilitatē in ꝟgi/ nitate ꝓfuēt. Est ei hūilitas mixta ꝟginita ti sic gēma auro supaddita. Propt̄ea dicit btūs Ber⁹. Pulchra pmixtio ꝟginitat⁹ cū hūilitate. Nō mediocrit placet deo ista aia in qua hūilitas cōmēdat ꝟginitatē z ꝟgini/ tas hūilitatē exornat. Audi denicq; ꝓsiliuz frīs tui. audi soror z placebit tibi. Fuge su perbas famulas velut viperas. sperne su/ perbas ꝟgines tanq; demones. Cōtēne so cietatē supbor velut vir⁹ mortiferā. Et q̄re h̄ Audi quare. Quidā sapiens describit sup/ biam. dicēs. O mis supbus intolerabilis. ha bitu supfluus. in incessu pomposus. cerui erecta. facies torua. oculi truces. de loco su periori decertat. ꝓferri se melioribus affectat

suias z verba z facta iactat. reuerentiã i obsequio nõ seruat. Propterea debes famula dei sponsa xpi virgo dñi fugere superbor cõsortia. ne z tu eis silis efficiaris. Dicit enim Eccl̃. Qui cõicat superbo induet superbiã.

De paupertate religiosor. Capl'm. iij.

Et etiã paupertas virt9 ad pfectiõis integritatẽ necessaria intãtũ vt nullus oĩno sine ea possit esse pfect9. teste dño q̃ dicit in euãgelio. Si vis pfectus esse vade z vende oĩa q̃ habes z da paupib9. Cũ em̃ summa euãgelice pfectiõis ꝓsistat i excellentia pauptatis credat se nõ apphendisse pfectionis apicẽ q̃ nõdũ imitator pfectus fact9 est euãgelice pauptat̃. Ait nanq3 Hugo de sct̃o victore. Quicũq3 pfectõis in religiosis repiri poterit. nec tñ estimet pfectionis integritas nisi diligat pauptas.

Sunt aũt duo q̃ quẽlibet religiosũ hoiez mouere debẽt ad amorẽ pauptat̃. Primũ est diuinũ exẽplũ. qõ est irrephensibile. Secũdũ est diuinũ pmissũ. qõ est iestimabile. Primo dico q3 famulã xpi pmo mouere debet ad amorẽ pauptatis amor dñi nr̃i iesu xpi. Ipe em̃ fuit paup nascẽdo. paup cõuersando. paup moriendo. Uide q̃le exemplũ pauptatis tibi reliquit vt suo exemplo efficiaris amica pauptat̃. Pauper fuit dominus iesus christ9 intantũ vt nõ haberet hospiciũ nec vestimentũ nec alimentũ. sed pro hospicio habuit stabulũ. pro vestimento vilem panniculũ. pro alimento lac virgineũ. Item Apostol9 hanc pauptatem ꝓsideras suspirans exclamauit dicẽs ad Corinthios. Scitis gratiã domini nostri iesu christi qui cũ esset diues. p nobis egen9 factus est. vt ei9 inopia diuites essem9. Et beatus Bernard9 dicit. Bonor omniũ eterna affluentia suppetebat in celis. sed pauptas nõ iueniebat i eis. Porro i terr̃ habũdabat z supbabũdabat h̃ spẽs z nesciebat hõ pciũ e9 Hanc itaq3 fili9 dei cõupiscens descendit vt sibi eam eligeret. nobisq3 sua estimatõne faceret pciosaz. Prebuit etiã se nobis in exemplũ pauptatis dñs nr̃ iesus christ9 conuersando in mũdo. Audi ẽgo beata. audite omnes qui pfessi estis pauptatẽ. q̃s paup filius dei extitit rex angelorũ dum vixit in mũdo. Intãtũ fuit paup vt aliquotiẽs hospiciũ habere nõ potuit. sed cũ suis discipulis extra ciuitatẽ z villas dormire oportuit. Propterea dicit beat9 Matthe9 euãgelista. Circũspectis oĩbꝫ cũ iam vespera esset exĩt in bethaniã cũ duodecim. Sup h̃ verbo dicit glosa. Circũspectis si quis eus in hospicio suscipet. q3 tante erat pauptat̃ z ira nulli adulat9. vt in tanta vrbe hospicium non inueniret. Et Marc9 dicit. Uulpes foueas hñt z volucres celi nidos. filius aũt homis nõ habet vbi caput suũ reclinet Non solũ dñs angelor fuit paup nascẽdo z cõuersando. verũetiã vt nos ad amorem pauptatis accẽderet fuit paupr̃im9 moriendo. O vos oẽs q̃ vouist̃ pauptatẽ attẽdite z videte q̃s paup ille diues rex angelor z celor. pter nos fuerat tpe mort̃ sue. Fuit ei spoliat9 vestibꝫ q̃ diuiserũt vestimẽta sua z sup vestẽ suã miserũt sortẽ. Fuit etiã spoliatus corpe z aĩa. q̃ acerbissima mort̃ passione aĩa ipi9 de corpe eiecta fuit. Fuit etiaz spoliat9 dina gl'a. q̃ ipm nõ sic deũ glorifi/cauerũt. s̃z tãq3 maledicũ tractauerunt. sic ipe Job. xj. ꝯrit. Spoliauerũt me gloria mea. De tãte pauptat̃ exẽplis loq̃tur bñs Ber̃. di. Uidete paupem xpm̃ natũ sine hospicio. iacentẽ int̃ bouẽ z asinũ in ꝓsepio. involutũ vili pãniculo. fugientẽ in egyptũ. sedentẽ in asino. pendẽtẽ nudũ in patibulo. Quis igit̃ miser xpian9. q̃s ille despect9 religiosus q̃ adhuc diuitias amet. q̃ pauptatẽ detestet̃ cũ videat z audiat deum deor z dñm mũdi. regẽ celi. vnigenitum dei tante pauptat̃ sustinuisse defectũ. Magna vtiq3 vt dicit Ber̃. abusio est. z nimis magna vt diues velit eẽ paup cũ de9 maiestat̃ z dñs de9 sabbaoth voluit paup fieri. Querat diuitias pagan9 q̃ sine deo viuit. Querat diuitias iude9 q̃ ĩrenas promissiões accepit. Sed tu xpi ꝯgo ancilla dñi q̃ mente gressa diuitias cũ pauptatẽ voueris. cũ int̃ pauperes xpi viuas. cũ p̃zis paupis Francisci velis esse filia. cũ paupis mr̃is Clare. pmiseris eẽ imitatrix. Sup̃ modũ sor̃ caritatis tua ac mea ꝓfundit auaricia. q3 cũ summ9 pfessores pauptat̃ pauptatẽ i auaricia cõmutam9. q̃ nõ licẽt. appetẽtes q̃ regl'a pbibꝫ cũ tñ fili9 dei p nob egen9 fact9 sit. Scio q3 ita sit q3 q̃to feruẽtiores pfesse pauptat̃ fuerit̃ amatores. q̃nto pfectiores euangelice pauptat̃ fuerit̃ imitatores. tãto magis bonis oĩbꝫ tãlibꝫ q̃s spũalibꝫ habundabitis. Si aũt vos ad contrariũ conuerteritis si pauptatẽ quã pfessi estis ꝓtẽpseritis. oĩm bonorũ tam tpaliũ q̃s spũaliũ egẽtes eritis.

